bilis mihi: audi vocē Je
ſu christi ſpōſi tui dicētis.
Surge amica mea ⁊ ve/
ni ꝑ dilectiōē; iā.n.iems
trāſijt imber abijt ⁊ receſ/
ſit. flores apparuerunt in
terra.tp̄s putatiōis adue/
nit. vox turturis audita ē
in terra nr̄a hoc eſt vox p̄/
dicantiū apl'oꝝ in eccleſia
Turtur que ē auis caſtiſſi
ma.que in excelſis ⁊ in ar
borib⁹ ſp̄ nidificare vl' mo
rari ſolet.apoſtolos vel ce
teros doctores ſignificat.
qui pn̄t dicere nr̄a ꝯuerſa
tio in celis ē.que ēt gemi/
tū h; p̄ro cātu. ⁊ ſignificat
ploratū ſctōꝝ qui ſuos ad
lamētum ⁊ fletū ortant̄ di
centes. Miſeri eſtote ⁊ lu
gete. Igit̄ honeſta v̄go ac
cipe exemplū hui⁹ turtu/
ris ⁊ luge ꝑpter amorē ie/
ſu xp̄i ſpōſi tui q̄uſq; eū vi
dere poſſis regnantē in ſo
lio regni ſui. Meli⁹ eſt ti/
bi lugē cū amore ieſu xp̄i
q̄; cū timore inferni. Pul
chre ſūt gene tue ſicut tur/
turis. Natura turturis eſt
vt ſi per occaſionem ꝑdi/
derit coniugē alterū; am
plius nō q̄rit. O ſpōſa xp̄i
aſſimilare ⁊ tu huic turtu
ri. ⁊ p̄ter ieſum xp̄m ſpon
ſum tuū amatores nō q̄raſ
alteꝝ. O ſponſa xp̄i eſto ſi
milis turturi ⁊ luge die ac
nocte cū d̄ſiderio ieſu xp̄i
ſponſi tui q: iam aſcendit
ad celos: vt aliquādo faci
em illi⁹ videre merearis in
dextera pr̄is. pulchre ſūt
gene tue ſicut turturis. In
gēnis ſolet eſſe verecūdia.
Soror venerabilis genas
hēs turturiſ.ſi ꝑ verecūdia
ieſu xp̄i ſponſi tui nihil cō
tra voluntatē illius facis.
genas hēs turturis ſi cum
amore ⁊ reuerentia xp̄i ea
q̄ illi diſplicēt poſtponis.
genas hēs turturis ſi p̄re/
ter xp̄m alterū amicū non
diligis. Igitur ſoror cariſ/
ſima indeſinenter peccata
tua cū lachrymis laua. q̄/
tidie laua tuas negligen/
tias per cōpunctionem ⁊
lachrymas. Tranſgreſſio
nes tui ordinis ſine inter/
miſſione ablue cū lachry/
mis. per lachrymas ⁊ cō/
punctionē acquire tibi tuo
rum remiſſionem p̄ctoꝝ:
per lachrymas ⁊ crebra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuſpiria. acquire tibi eter-
na gaudia. plange iniqta-
tes tuas. Mala ſcelerum
tuoꝝ deplora. mala q̄ egi
ſti flēdo cōmemora. Me
roris vnda te iriget. Com
pellat te plangere fluuius
lachrymarū. Que geſſiſti
praue: fletibꝰ dele. q̄ illici
te cōmiſiſti lachrymas ab
lue. Moneſta ergo ſi pctā
nō plorraueris in hoc ſecu
lo. qn̄ dictura es deo: po-
ſuiſti lachrymas meas in
conſpectu tuo cariſſima ſi
iniqtates tuas nō fleueris
in hac mortalitate qn̄ di-
ces fuerunt mihi lachry-
me mee panes die ac no-
cte: Moneo igit̄ te ſpōſa
xp̄i: vt in hac mortali vita
lugeas pctā tua: vt conſo
lari merearis in celeſti pa
tria: ſic ſcriptū eſt. bt̄i q lu
gent qm̄ ipſi cōſolabūtur.

¶ De triſticia. ſer. xj.

Dominusꝰ dicit in euā
gelio amē am̄ dico
vobis: q: plorabitiſ
⁊ flebitis vos: mūdus aūt
gaudebit. vos aūt ↄtriſta
bimini: ſꝫ triſtitia vr̄a ver
tet̄ in gaudiū. etiā ſalomō
ait. Cor gaudens exilarat
faciem: ſpūs vero triſtis
deicitur in merore anime
Animꝰ gaudens facit eta
tem floridā: ſpūs vō triſtis
exiccat oſſa. fili in bōis nō
des querelam: ⁊ in omni
dato non des triſticiā ver
bi mali. Oīs plaga triſti-
cia cordis eſt. Jocunditaſ
cordis eſt vita homis. Cor
prauum dabit triſtitiā: ⁊
homo ſapiens reſiſtet illi.
per triſticiā feſtinat mors
triſticia flectit ceruicē cor
dis. Cor letū bonam facit
valitudinē. viro aūt triſti
exſicant̄ oſſa. Etiā beatus
Athanaſius dicit Nō tri
ſtis ſp̄ maliciat̄ ⁊ ↄtriſtat
ſpūm ſctm̄ ſibi a deo dōa
tū. hoc ēt docet apl's dicēs
Nolite ↄtriſtari ſpm̄ ſctm̄
q hītat in vob in q̄ ſignati
eſtis in die redēptiōis. Ui
de ergo ſoror chariſſima:
ne ↄtriſtes ſpm̄ ſanctū qui
habitat in te: ne forte dere
linquat te. Aufer a te du
bietatem ⁊ aīoſitatem. q:
vtriq; cōtriſtant ſpūm ſan
ctum. Aufer a te triſticiā
q: ipſa eſt ſoror dubieta-
tis ⁊ animoſitatis. Certe
triſticia ſecularis omniū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

malor ſpūum eſt peſſima rū: ⁊ nocet ſeruis dei. Triſticia ſecularis ledit ⁊ cōterit: atq allidit ſeruos di Spūs.n.ſctūs nō ſuſtinet triſtitiā carnalē. Igit ſoror dilecta indue ſemꝑ letitiā ſpūalem: q̄ hȝ graȝ apud deū: oīs leticia ſpūalis ſꝑ bona eſt: ⁊ bōa cogitat atq cōtēnit vanā triſticiam Si leticia ſpūalis bona ñ eſſet. nunq̄ ꝓpheta diceret. Letamī in dño ⁊ exultate iuſti. ⁊ gloriamini oēs recti corde. Et iteꝝ letabitur iuſtus in dño ⁊ ſꝑabit in eo ⁊ laudabunt omnes recti corde. ℭ Interroga. ℭ O frater cariſſime: ſi triſtitia mala eſt ⁊ nocet ſeruis dei qd eſt qđ ait ſalomon. Cor ſapientiū vbi triſticia eſt. ⁊ cor ſtultoꝝ vbi eſt leticia. ℭ Reſponſio. ℭ Soror venerabilis hoc qꝺ ait Salomō: Cor ſapiētium vbi triſtitia eſt: ⁊ cor ſtultoꝝ vbi ē leticia. Nō ē ītelligenduȝ niſi de ſpūali triſtitia: ⁊ de ſeculari leticia. Ac ſi apertius diceret Cor ſapientiū vbi triſticia eſt ſpūalis: ⁊ cor ſtultoruȝ vbi ē ſecularis leticia. Qui ſm deū triſtitiā hūt ſapiētes ſūt. Qui aūt ſcdm ſeculū triſtitiā hūt: ſūt īſipiētes Uñ dñs i euāg. gaudete ⁊ exultate: q2 noīa vr̄a ſcripta ſūt in celis ⁊ Paulus apl's. Quaſi triſtes: ſꝑ aūt gaudētes: ⁊ iteꝝ. gaudete in dño ſꝑ iteꝝ dico gaudete: gº triſtitia ſpūalis bōa ē Triſtitia vº q̄ naſcitur de cupiditate tꝑaliū rerū eſt mala. De triſtitia ſpūali ſcriptū ē. Bti q lugēt: qm̄ ipſi cōſolabūtur: de triſtitia aūt ſeculari ait ſalomō Multos occidit triſticia ⁊ nō eſt vtilitas in ea. Iterū de leticia ſpūali di. Letet cor q̄rentiū dñm. Et iterū de leticia ſeculari legitur. Ue vobis qui ridetis nūc quoniā plorabitis ⁊ flebitis. Soror cariſſima: audi etiā qꝺ btūs paulus dicit. Triſtitia q̄ ſm deum eſt: opat̄ ſalutē penitētie. Triſticia vº q̄ eſt ſm ſeculuȝ opatur. Oīo hoīs qui ſemper ē triſtis: nō habet virtutē nec pōt aſcendere ad deum. Ubi triſtitia fuerit cooperata ſpūi ſancto: nō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſibi eſt acceptabilis oratio
q꞉ infirma eſt. ⁊ nō poteſt
aſcēdē ad deū: Igit̄ ſoror
mihi amabilis: omitte tri
ſtitiam: deſine triſtis eſſe:
triſtitiā repelle a te. Noli
dar̄ te multe triſticie. Nō
perſeueres ī triſticia. Ne
dederis triſticie cor tuum
Triſtitia vnū eſt ex ſeptē
ꝑncipalibus vicijs ⁊ iō eſt
cauenda ab oībus ſuis di
Unde beat⁹ yſido. Si be
ne ⁊ pie vixeris: nūq̄ eris
triſtis. Bona vita ſemper
hʒ gaudiū. Honeſta ſoror
ergo expelle a te triſticiā:
q꞉ ſicut tinea cōedit veſti-
mētū: ⁊ ſic vermis rodit li
gnū: ita triſticia nocet cor
di. mūda g° cor tuū ab oī
triſticia carnali: atq̄ ſecu-
lari: ⁊ oīo tua erit accepta
bilis apud deū. Igit̄ ſoror
venerabilis de recordati
one pctōꝝ tuoꝝ luge ⁊ in
amorem ieſu xp̄i ſpōſi tui
gaude. de mēoria ꝑceden
tiū delictoꝝ tuoꝝ plora: ⁊
d ſpe celeſtiū bonoꝝ exul
ta. De trāſactis culpis ⁊
negligētijs tuis dole: ⁊ de
ꝓmiſſiōe celeſtis regni le
tare. de ꝑteritis tuis deli-
ctis ꝯtriſtar̄: ⁊ de gaudio
eterne retributōis hylare
ſce. Ad q̄ te ꝑducē digne
tur ille: cui in tuo v̄gineo
corꝑe iocūdū habitaculū
ꝑparaſti. Amē. ¶ De di-
lectione dei. ſermo. xij.

DOmin⁹ nr̄ ieſus xp̄ſ
dic̄ in euāgelio. Si
qs diligit me ſmo
nē meū ſeruabit: ⁊ pr̄ me
us diliget eū: ⁊ ad eū ve-
niem⁹ ⁊ māſionē apud eū
faciem⁹. Et ioānes ap̄ſ.
Nos diligim⁹ deum: q̄m
ip̄e prior dilexit nos. Qui di
ligit deū exorabit ꝓ pctīs
ſuis: ⁊ ꝯtinebit ſe ab illis.
Soror cariſſima dilige d̄
um ⁊ inuoca eū ī ſalute tua
q꞉ dilectio ē vita: ⁊ odiū ē
mors. De⁹ nō vult ſe tm̄
diligi v̄bis ſʒ puro corde
⁊ opib⁹ bōis. Deū nō di-
ligit q dei precepta ꝯtēnit
Mens hōis qui deū dili-
git nō eſt in terrā ſʒ in ce-
lo: q꞉ ſꝑ celeſtia deſiderat
Moneo te ſoror cariſſima
vt diligas deū ſup oīa. q꞉
ipſe te elegit ante ſecula.
Plus debemus deū dili
gere q̄ parentes noſtros.
Quare? q꞉ de⁹ fecit nos ⁊



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

parētes nostros proprijs
manibus.i. ppria virtute.
Sicut scriptū ē ipse fecit
nos: ⁊ nō ipsi nos. Maio
ra tribuit nobis xp̄s: q̄z pa
rētes nr̄i. Et iō sup paren
tes debemus diligē xp̄m.
Stultū ē aliqd plusq̄ deū
amare: q plus diligit crea
turā q̄ creatorē peccat. ⁊
qui p̄ponit amorē creatur̄
amori creatoris errat. Er
go sup omnia ē deus a no
bis diligēdus. Dic obse
cro honesta virgo cū amo
re ⁊ dilectiōe de xp̄o dile
ctus meꝰ mihi ⁊ ego illi q
pascitur inter lilia donec
aspiret dies ⁊ inclinentur
vmbre. Sponsa xp̄i rogo
vt aptius dicas. Dilectꝰ
meus mihi societur vincu
lo charitatis ⁊ amoris ⁊
ego illi cōiungar ⁊ socier
vicissitudine mutue dile
ctionis qui pascit̄ inter li
lia hoc est delectatur: ⁊ io
cundatur īter candidas ⁊
odoriferas virtutes sctōꝝ
atq̄z inter choros virginū
donec aspiret dies ⁊ incli
nent̄ vmbre: donec nubi
la transeant p̄sentis vite ⁊
appareat dies. hoc est ve
niat claritas sempit̄ne btī
tudinis. Soror carissima
iustitia est deū toto corde
amare. Illiq̄z tota adhere
re volūtate. qui ē summū
bonū. Sūmū bonū ama
re summa est beatitudo.
Qui deū amat bonus est:
si bonꝰ gº ⁊ btūs. Quāto
hō plus deū diligit: tanto
magis btūs erit. Dilectio
est specialis ⁊ ppria vtus
sanctoꝝ. Amantissima mi
hi in xp̄o soror: iō hec dixi
vt nullus amor seculi te se
paret ab amore xp̄i: spōsa
xp̄i etiā rogo: vt aliqd no
bis de amore celestis spō
si tui dicas. Fasciculus mi
re dilectus meus mihi in
ter vbera mea cōmorabi
tur. Dic gº carissima pla
nius vt ea q̄ dicis itelliga
mus. Fasciculꝰ mire dile
ctus meus mihi inter vbe
ra mea cōmorabit̄. Locꝰ
cordis est iter vbera: hoc
est iter māmillas: gº dile
ctus meus itervbera mea
cōmorabitur. i. mēoria: di
lectio: ⁊ amor iesu xp̄i spō
si mei: semp erit inter mā
millas meas hoc est i cor
de meo. Et siue in prospe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris ſiue in aduerſis ſemper
ad memoriam reducam
omnia bona que mihi tri/
buit: q2 dilexit me ⁊ mor/
tuus eſt pro me: atq3 aſcē/
dit ad celos: ⁊ vt ad eum
perueniā quotidie vocat
me dicens. Ueni de liba/
no ſponſa: veni de libano
veni coronaberis. Leua
ieſu xp̄i ſponſi mei ſub ca/
pite meo. i. donū ſpiritus/
ſancti: requieſcat in me in
hac p̄nti vita: ⁊ intellect⁹
ſanctaꝝ ſcripturarū ſit in
mente mea: vt eū cogno
ſcam: ⁊ perfecte diligā: ⁊
dextera illius amplexetur
me: hoc eſt ad eternā btī/
tudinē ꝑuenire faciat. Ca/
riſſima ſoror roga ancillas
xp̄i que tecū ſūt ⁊ dic eis
Fulcite me floribus: ſtipa
te me malis: q2 amore ie/
ſu xp̄i ſpōſi mei lāgueo. O
vos ſancte ſorores mee: q̄
iam xp̄m ſuper oīa diligi/
tis: ⁊ nihil amori illi⁹ pre
ponitis: fulcite me bono/
rum viroꝝ exēplis ⁊ quali
ter xp̄m dilectū meum in
uenire valeā oſtendite. q2
pro amore illius īfirmor.
Hic amor dulcis: hic lan
guor ſuauis: hec īfirmitas
ſancta: hec dilectio caſta:
hec cōiunctio intemerata
hec copula inuiolata. hec
cōplexio illibata. O vos
ſcē ſorores mee. fulcite me
floribus. i. vr̄e ꝯuerſatōis
exēplis q2 pro amore xp̄i
ſponſi mei infirmor. hone
ſta virgo vere pro amorē ie
ſu xp̄i ſponſi tui langues ⁊
infirmaris. ſi pro amore il
lius oīa que in hoc mūdo
ſunt ꝯtēnis ⁊ deſpicis. ve
re pro amore ieſu xp̄i infir
ma iaces in lecto contem
plationis. ſi chriſtum ſup
oīa diligis: vere pro amo
re xp̄i es īfirma. ſi plus di
ligis celeſtia q̄3 trena Ue
re propter amorē ⁊ dilectī
onē xp̄i languida iaces in
lecto intime dilectiōis ac
ſuauitatis: ſi in ſanctis opi
bus es fortis. ⁊ in terrenis
actibus es debilis. Soror
mihi in chriſto amabilis:
ſi chriſtum ex toto corde
tuo dilexeris ⁊ nihil amo
ri illius prepoſueris. cum
eodem ieſu chriſto ſponſo
tuo in celeſti regno leta/
beris. Si chriſtū in tota
mēte ſecuta fueris ⁊ enim



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tota mēte dilexeris. abſq
vlla dubitatiōe cuȝ eo in
celeſti pr̄ia gaudebiſ. ⁊ eū
cū ſctis v̄ginib⁹ q̊cunq ie
rit ſeq̄ris. Si cū omni de/
uotōe chriſto adheſeris ⁊
ad eū die ac nocte ſuſpira
ueris in hoc p̄nti ſeculo ſi
ne dubio cuȝ eo exultabis
in celeſti palatio: atq īter
virginū coros cantabis il
li dulces hīnos: ſicut ſcri/
ptuȝ ē. qui paſcis īter lilia
ſept⁹ coreis virginū ſpon/
ſus decorus g̃lia ſponſiſq
reddēs p̄mia. quocūq p/
gis virgines ſequūtur atq
laudib⁹: p⁹ te canētes cur
ſitant: hīnoſq dulces pſo/
nant. Jō hoc dixi ſoror ca
riſſima: vt xp̄m ſup oīa di
ligas: ⁊ vt nihil amori illi
us p̄ponas. Obſecro te di
lecta ſoror: vt nullam p̄ter
xp̄m ſentias dulcedinem:
nullū preter xp̄m queras
amorē: ⁊ nullā p̄ter xp̄ȝ di
ligas pulchritudineȝ. pro
amore xp̄i luge. pro amor̄
xp̄i plāge. donec cū mere
aris videre in dextera pa
tris ſui regnantem.

¶ De dilectione proxi/
mi. Sermo. xiij.

Soror cariſſima au/
di que dn̄s nr̄ ieſus
xp̄s ait diſcipulis ſu
is in hoc cognoſcent oēs
q: mei eſtis diſcipuli: ſi di
lectionē habueritis adin/
uicē. Oēs fideles diſcipuli
xp̄i ſūt. Unuſqſq illius di
ſcipulus eſt: cui⁹ doctrinā
ſeqtur. Ergo q vult xp̄i di
ſcipulus eē: ſtudeat p̄xios
ſuos tā̄q ſeipȝ diligē. Di
lectio p̄ximi malū nō op̄a
tur. q̄re? q: plēitudo legis
eſt dilectio. Et paul⁹ ap̄ls
Ambulate in dilectiōe: ſic
⁊ xp̄s dilexit nos: ⁊ tradi
dit ſemetipſuȝ pro nobis.
Etiā ioānes ap̄ls ait: q di
ligit frēm ſuuȝ in lumine
manet: ⁊ ſcādaluȝ nō eſt i
eo: qui odit frēm ſuū in te
nebris ē. ⁊ in tenebris am
bulat: ⁊ neſcit quo vadat
q̄m tenebre obcecauerūt
oculos eius. Si quis dixe
rit diligo deū: ⁊ frēm ſuū
oderit mēdax eſt: ⁊ vitas
in eo nō eſt. Et hoc māda
tū habemus a deo vt qui
diligit deū: diligat ⁊ frēȝ
ſuū. q nō diligit frēȝ ſuum
quē videt deū quē n̄ videt
q̄uō p̄t diligē? Et Salomō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sit. Oī tpe diligit: q aīcus est. Et ff in necessitate cōprobat. Et btūs Aug. Hominē vincis humana felicitate: diabolū vincis inimici dilectōe. Vñ soror dilecta: nō oz īter fr̄os dei carnalis dilectio eē: sz spūalis. Nihil deo speciali⁹ v̄tute dilectiōis. Nihil desiderabili⁹ diabolo quaz extictio charitatis: sanct⁹ amor nō hz scādalū. Oēz hoīem fidelē iudica tuum eē fratrē. Memēto q̄ vn⁹ artifex cōdidit nos. Uer⁹ amor nō hz amaritudinē scandali. Soror venerabilis: in p̄ximi dilectone cognosces qūo debeas puenire ad dilectionē dei. Sicut dilectio mentē eleuat: ita malitia demergit. nec deū vere sine p̄ximo poteris diligē: nec p̄ximū sine deo. Ueram charitatē tenes ſi ⁊ amicuz diligis in deo: ⁊ inimicū diligis p̄pter deum. Q̄tū fueris larga in dilectiōe p̄ximi. tm̄ eris alta in cognitiōe dei. Si in veritate diligis proximū tuum in tranquilitate est cor tuuz. Ille vero q̄ proximū suuz hz odio. circūdatus est tenebris ⁊ tedio diligēdo p̄ximū. purgas oculū mentis ad vidēdum deū. Tamen reuerēdissima soror mōeo te. vt nulluz hominē carnaliter diligas. Vñ beatus Isidorus. Multū ī terra dimersus ē q diligit hoiez moriturū plusq̄ oz carnaīr cū deo manerē nō possumus ſi in hoc seculo vnanimes eē nolum⁹ amicus ī necesſitate cōprobat. Si precepta dei volum⁹ custodire sicut ⁊ nosmetipsos debemus p̄ximos n̄ros diligē. qui sine dissimulatiōe diligit hoīem fr̄ez cito placat deū p̄rem qui diligit proximū nō pōt facere homicidiū. nō adulteriū. n̄ furtum. nō periuriū. nō falsū testimoniū. nō rapinā. nō inuidere. nō litigare. Igitur honesta virgo dilectionē dei ⁊ proximi in q̄ tota lex pēdet ⁊ p̄phete semp̄ meditemur. ⁊ opere perficiamus. Sz si p̄ximus noster patitur aliq̄z tribulationem. aut infirmitatem. aut dānum. aut in carcerē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mittitur ſi dolemus pro il
lo in corpe eccleſie ſumus
Si autē nō dolemus iam
a corpore eccleſie pciſi ſu
mus. charitaſque colligit
⁊ viuificat omnia mēbra
eccleſie. ſi nos viderit de
ruina proximi gaudē. ſta/
tim nos pcidit a corpore.
Tādiu dolet mēbrum q̄z/
diu in corpe cōtinetur. Si
aūt mēbrum preciſuz fue/
rit a corpe nec ſentire po/
terit nec dolē. Si manus
aut pes aut aliquid mem/
bri preciſum fuerit a cor/
pore. ſi totuz corpus tunc
in multis partibꝰ diuidat᷑
aut in ignez mittat᷑. manꝰ
illa iam nō ſentit qꝛ iaz di
uiſa eſt a corpore. Talis ē
oīs chriſtianus qui de al/
terius damno. aut tribula
tione. aut anguſtia. aut ne
ceſſitate nō dolet. Sed ꝙ
peius eſt gaudet: qꝛ iaz a/
lienus eſt a corpe eccleſie
Nos vero honeſta vgo ſi
verā ⁊ perfectam charita
tem volumꝰ cuſtodire: di
ligamus bn̄ oēs homines
fideles ſicut noſmetipſos
ſtudeamus diligē: vt quia
chriſtus eſt caput noſtruz
nos mereamur mēbra illi
us eē: vt cum chriſtꝰ appa
ruerit qui eſt glīa nr̄a. nos
per cōcordiā charitatis ⁊
per dilectionē dei ⁊ proxi
mi: cum ipſo poſſimus ap
parere in glīa. Tunc vo
amicus amat᷑ ſi nō pro ſe
ſꝫ pro deo amat᷑. Un̄ btūs
yſid. Qui intemperāter
amat amicū. magis amat
illū pro ſe q̄z pro dō. Tūc
q̄ſq̄z bonitati atq̄z diuīe iu
ſtitie fit ɔ̄trius: qn̄ deſpicit
amicū aliq̄ aduerſitate p/
cuſſuz. Uera amicitia nul
la occaſione excludit᷑: nul
lo tpe delet᷑: ſꝫ vbicūq̄z ſe
verterit tpꝰs: illa firma eſt.
pauci ſunt aīci q vſq̄z ad fi
nē ſint cari. Illa vera eſt
aīcitia: q̄ nihil ex rebꝰ aīci
q̄rit: niſi ſolam beniuolen
tiā. ſ. vt gratis amet aman
tem ſe. Igit᷑ ſoror amabi/
lis in xp̄o: moneo te vt di
ligas amicos tuos in deo
hoc eſt in bono. Dilige ēt
inimicos tuos propter de
um. Sicut ſcriptuz ē. dili/
gite inimicos vr̄os: bn̄fa/
cite his qui oderūt vos ⁊
iterum. Si eſurierit inimi
cus tuus ciba illum: ſi ſitit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

potum da illi. Et iterum. Bñdicite ꝑsequētib⁹ vos bñdicite ⁊ nolite maledicere. Dilectio ē soror charitatis. Charitas nūq̄ fuit sine dilectione nec dilectio sine charitate: hōesta vgo q⁹ necessaria est nob dilectio in q̄ tāte vtutes cōsistunt: ⁊ de qua tāta bōa nascunt. Dilectio hz duas alas. Ala dextera ē dilectio dei. Sinistra ala ē dilectio ꝓximi. Null⁹ hoīz cū vna ala poterit volare ad celū. Quare? q: nec sola dilectio dei sine dilectione ꝓximi: nec sola dilectio ꝓximi sine dilectione dei. velet: ad ꝯsequendaz eternā btītudinez. Uirgo prudēs sume tibi has duas alas: vz dilectōz dei ⁊ ꝓximi: vt libē possis volaī bōa operādo ⁊ ꝑuenir ad patriā celestis regni. Amē

¶ De ꝯpassione ser. xiiij.

SOror carissima audi qd dñs nr̄ iesus xp̄s dicat: Oīa bōa q̄ vultis vt faciant vobis homines: ⁊ vos facite illis. Hec est.n. lex ⁊ ꝓphete. Et paul⁹ ait: Gaudere cum gaudentib⁹ flere cum flentibus. Et iteꝝ. Suscipite ifirmos patientes estote ad oēs. Et salomon ait. Qui despicit ꝓximū suum peccat. Fidem posside cuz ꝓximo tuo: in paupertate illius: vt ⁊ in bonis eius leteris. In tpe tribulationis ꝑmane ꝓximo tuo fidelis: vt in hereditate illi⁹ si coheres. Qui cauat proximo suo foueaz cadet in illā. Et qui parat lacū ꝓximo suo operibit ī illo. Uñ psalmista. Lacū aperuit ⁊ effodit eū: ⁊ incidit in foueā q̄z fecit. Perfecte proximū non diligit qui illi ī necessitate nō succurrit: q̄zto amplius per compassionē ꝓximis nostris in necessitate succurrimus: tanto amplius creatori nr̄o appropinquam⁹. Sic debemus hr̄e curam nostri: vt nō negligam⁹ curam ꝓximi. Igit soror dilecta q̄ nō vis tibi accidē nec ꝓximo tuo cupias euenire. Condole alienis calamitatibus. Saucia te fletibus in alienis merorib⁹. In tribulatione al-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

teris ⁊ tu eſto triſtis. cū infirmis eſto infirma. Sic alienos merores tanꝗ̄ tu os luge. Cū plangentibꝰ plange: cū lugentibus luge: cū flentibꝰ fle: cū plorātibꝰ plora. Talis eſto aliiſ qualis optas circa te eſſe alios. qđ nō vis pati: non facias alteri nō facias alteri mala: ne tu patiaris ſimilia. Ita clemēs eſto in alienis delictis: ſicut in tuis: vt nō alit̄ te ⁊ alit̄ alioſ pēſes. Si ceciderit inimicus tuus: noli gratulari in ruina aduerſarij tui: noli extolli: non leteris ſuꝑ inimici interitū: ne forte ⁊ tibi ſuꝑueniat malū. Non extollaris de caſu inimici ne forte ꝯuertat deus iram ſuam in te. Qui.n. gaudet de caſu inimici: cito vēiet ſuper eū malū. Sit igitur human ꝰ affectus erga miſerum: ſit erga pauperē dolor cōpaſſionis. Sit erga delectū amor miſeratōis. Si eſurierit inimicus tuꝰ ciba illū: ſi ſitit potū da illi. Nō deſpicias pauꝑes. Nō cōtēnas egenos. Nō vilipēdas pupillos. Nullus a te triſtitiam habeat. Nemo a te ꝯfuſus abſcedat. Uiſita infirmos: ꝯſolare puſillanimes: vt tu a dn̄o conſolari merearis i eterna beatitudine. Amē.

De miſericordia ſer. xv.

Soror cariſſima audi ieſum chriſtū in euangelio dicentē. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Et iterum. Eſtote miſericordes: quia ⁊ pr̄ veſter celeſtis miſericors ē. ⁊ paulꝰ apl's. Eſtote aūt inuicē benigni ⁊ miſericordes: ⁊ idute vos ſicut electi dei: ⁊ ſcti viſcera miſicordie. Pietas āt ad oīa vtilis ē. Et ſalomō ait: facere miſericordiā ⁊ iudicium magis placet deo ꝗ̄ ſacrificiū. Miſicordia fac locū vnicuiq̄ ſm meritū operū ſuoꝝ. Miſeratio homis circa ſe ⁊ circa proximum ſuū. Miſericordia autē dn̄i ſuꝑ oēm carnē. Ille offert ſacrificium qui facit miſericordiā. Mia aūt dn̄i a compatiēdo aliene miſerie: vocabulum ſortita eſt. Qui in al/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tero miſericors nõ fuerit:
miſericordiā dei inuenire
nõ poterit. Soror dilecta
mihi in xp̄o: Mīa ⁊ veri
tas te precedāt. Mīaʒ nū
ꝙ deſeras. Bñfacies aīe
tue ſi miſericors fueris.
Qui alteri miſeret: miſe
ricordiā a dño cõſequetur
Soror venerabilis qđ ha
bes habeto ad mīaʒ ſPre
be mīam ſine murmure.
Tale erit opus tuū: qua
lis fuerit ītentio tua. Non
eſt mīa vbi nõ eſt beniuo
lentia. Bonū ꝙ facis: pro
pter mīam fac: nõ ꝓpter
vanaīglīaʒ. Nihil faciaſ
ꝓpter laudem: ſed ꝓpter
eternam remunerationē.
Nihil facias ꝓpter tpalē
opīonem: ſed ꝓpter eter
nā mercedē. Nihil facias
ꝓp famā ſed ꝓpter vitam
eternā. Ad quā te perducē
dignet oīpotens deꝰ reue
rendiſſima ſoror. Amen.

¶ De exēplis ſanctorum
Sermo. xvj.

AD conuerſionē vel
emēdationē fideliū
multū exempla ſctõꝝ pro
ſunt: ſoror cariſſima iō ſcri
bunt caſus ⁊ reparatiões
ſanctoꝝ vt nos miſeri pro
pter multitudinem pecca
toꝝ nõ deſperemꝰ ſed vt ꝑ
pñiam reſurgēdi et poſt la
pſuʒ ſpē habeamꝰ: vt nul
lus poſt pctm̄ de bonitate
dei deſperet duʒ ꝯſpicit et
poſt ruinā reparationem
fuiſſe ſctõꝝ: ꝓpterea poſu
it deꝰ v̄tutes ſctõꝝ ad exē
plū noſtrū vt per veſtigia
ipſoꝝ ꝑuenire poſſimꝰ ad
regna celoꝝ: vel ſi eos ad
bñ operandū ſequi nolue
rimus in penis: inexcuſa
biles ſimus: ſancti dei ho
mines ꝗdiu fuerūt i hoc
ſeculo nõ ceſſauerūt curre
re in bonis opibꝰ. ſ. i ieiu
nijs. i vigilijs. in elemoſy
nis. i caſtitate. i ꝯtinētia. i
lõganimitate. i patiā. i ſua
uitate. i orõnibꝰ. i perſecu
tionibꝰ. i beniuolētia. i fa
me ⁊ ſiti. i frigore ⁊ nudi
tate. ⁊ i laboribus multis
pro xp̄i nomīe. Sancti ho
mines deſpexerūt pñtem
mundū: vt eternū regnuʒ
acqrerēt. nõ acceperūt hic
ꝓmiſſiões vel diuitias mi
ſerabiles huiꝰ ſeculi q̄ per
ducunt homīes male eis
vtētes ad tormēta inferni.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſed hanc pr̄iam tota itenti
one relinquentes ad cele/
ſtē hierl'm leuauerunt ocu
los ſuos hoīes ſcī vitaue/
runt pctm̄ in vbo. in facto
ī cogitatōe. ī viſu. ī auditu
ī motu. ī oculiſ. ī manib⁹.
ī ira. ī pedibus. ī rixa. ī fu/
rore. ī diſcēſiōe. ī vanaglīa
ī ſupbia. ī elatione. ī cupi/
ditate. ī gula. ī ſomnolētia
ī fornicatione. ī violentia.
Cuſtodientes corpa ſua ⁊
aīas ſuas. Duob⁹ modis
ieiunauerūt. ſ. a vitijs ⁊ ci
bis. Bōa eſt abſtinētia ci
box: ſed multo eſt melior
abſtinētia vitiox. Vn̄ ec/
cleſia de ſuis mēbris. i. de
eiſdē ſcīs pr̄ibus dic̄. Ma
n⁹ mee ſtillauerūt mirrhā
gd per man⁹ niſi opatiōes
ſcōx intelligim⁹: ⁊ gd per
mirrhā niſi mortificatō cā
niſ ⁊ mortificatio vitiox ac
cipit? man⁹ eccl'e ſcī hoīeſ
ſūt: bōa operātes: de qb⁹
dicit. Opati ſunt iuſtitiaz.
Man⁹ ergo eccleſie mir/
rham bonox operū ſtillāt
q: nobis exēpla bn̄ viuēdi
demōſtrant: ⁊ vt vitia car
nis nr̄e mortificemur p̄di
cant: vn̄ qdam eox dixit.
Si. n. ſcd'm carnem vixeri/
tis moriemī. Et iterū mor
tificate mēbra veſtra que
ſunt ſup terraz. Et iter ec
cleſia dic̄: digiti mei mir/
rha pbatiſſima. Tūc vere
eſt mirrha probatiſſima:
qn̄ādo pfecte caro mortifi
catur: ⁊ vitia atq3 pctā ex/
tinguūt. Igit ſoror in xp̄o
dilecta: ſi ſocietate ſctōrū
hīe cupimus: neceſſe ē vt
exēpla ſctōrū ſeq̄mur. Si
peccam⁹ iā de pctō nullā
excuſatōez habem⁹. Qua
re? q: ⁊ lex dei quottidie
nos admonet: vt bn̄ viua/
mus: ⁊ exēpla ſanctox pa
trū ſemper inuitāt ad be/
ne operandū: ſ3 ⁊ ſi aliqn̄
ſecuti ſum⁹ exēpla malox
boiuz: cur nō ſeqmur exē/
pla ſctōx patrū? Et ſi apti
fuimus ad imitandū ma/
los in maluz: cur pigri ſu
mus ad imitandū bonos
in bonū? Soror venerabi
lis ergo depcemur deū vt
v̄tutes ſancte q̄s ſuis ſan/
ctis p̄parauit ad coronaz:
nobis nō ſint ad penā ne/
q3 ad dānationē ſed ad p/
fectum ⁊ ſalutē. Sine du/
bitatiōe credimus quia ſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

exēpla ſctoꝝ ſequuti fueri
mus: poſt hanc vitā cum
eis i celo regnabimꝰ: quā
to amplꝰ vitā ſctoꝝ patrū
legimus: ſi exēpla eoꝝ ſeq
nolumꝰ: tanto āplius cul-
pabiles ſumꝰ. Nunc igit̄
honeſta vgo. Oīpotentez
deuz deprecor: vt det tibi
has vtutes ſanctoꝝ patrū
ſ. humilitatē xp̄i: deuotio-
nem petri: charitatē ioan
nis: obediētiaz abrae: pati
entiā Iſaac: Tolerantiaz
Jacob: caſtitatez ioſeph:
manſuetudinē Moyſi: cō
ſtantiā Joſue: benignitatē
Samuelis: miſericordiaz
dauid: abſtinentiā danie-
lis: ⁊ cetera digna fctā pri
orum ſanctoꝝ. vt poſt hāc
mortalē vitā ꝑuenire poſ-
ſis ad ſocietatē eorū. Uir-
go xp̄i quotidie conſidera
quo moderamīe: qua itē-
tione: vel qua ꝯpunctiōe
homines xp̄i placuē deo.
Unde in ꝑſona xp̄i i canti
cis canticorū :eccleſie dr̄:
quā pulchri ſūt greſſus tui
i calciamentis filia princi
pis. Chriſtus per potētiaz
diuinitatis princeps ē om
nium creaturaruz. ⁊ ideo
ſancta eccleſia filia princi
pis dicitur qꝛ per predica
tionem xp̄i in nouam vitā
regeneratur. Que ſunt au
tē calciamenta eccleſie ni-
ſi exēpla ſanctoꝝ patrū q̄-
bus in via huiꝰ ſeculi mu-
nit̄. vt per omnes tribula
tiones calciata ambulet.
Soror in chriſto amabilis
⁊ ſpūaliter pedes calcia-
mus quādo a ſanctis prī-
bus exēpla beneuiuēdi ſu
mimꝰ. vt ad ſimilitudinē
eoꝝ tentationes huiꝰ mun
di vicamus. Iterum i eiſ-
dem canticis. ſponſus ec-
cleſie. ſ. xp̄s loquit̄ dicēs.
Deſcendi in ortū vt vide
rem poma cōuallīū ⁊ inſpi
cerem ſi floruiſſent vinee.
ſi germinaſſent mala pu-
nica. vinee florent quādo
in eccleſijs filij recenter in
fide generantur. ⁊ ad ſan-
ctam conuerſationē quaſi
ad ſoliditatem bonorum
operum preparantur. ma
la punica germinant. quā
do ꝑfecti homines ꝑ exē-
pla bonoꝝ opeꝝ ſuos pro
ximos edificant. ⁊ in noui
tate ſctē cōuerſationis per
ꝓdicationē ſuā ⁊ per ōnſo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem bone vite in ſctis opi
bus renouant. Unde mo-
neo te in xpo ſpũalis ami
ca. Ut des bonum exẽplũ
de te oĩbus hoĩbus in om
ni tua vita. Uenerabilis v̾
go ɔ̃ſidero vt luceas om-
nibus ancillis dei q̃ tecū
ſunt in monaſterio bñ vi-
uẽdo. q: ſic ait btũs Gre.
qui alijs ſuã bonã vitã ab
ſcõdunt in ſemetipſis accẽ
ſi ſunt. ſed alijs in exẽplū
lumĩs nõ ſunt: illi v̾o qui
exẽpla v̾tutum ⁊ per vitã
ſanctitatis atq; per v̾bum
p̄dicationis alijs lumẽ de
monſtrant lãpades arden
tes ſũt. q: alijs viã ſalutis
oſtẽdunt. vnde dñs dicit.
Lux v̾a luceat corã ho
minibus vt videãt opa ve
ſtra bona ⁊ glorificẽt p̄rē
v̾m qui ĩ celis eſt. q: vз
ſoli deo ẽ reddẽda omnis
glĩa: xp̄i virgo te moneo
tñ vt ita ſit op⁹tunum in pu
blico q̃ten⁹ intẽtio tua ma
neat in occulto. Igĩt amã
tiſſima mihi in xp̄o ſoror:
ſicut ſupius dixi tibi: in oĩ
bus actibus tuis: in oĩ ope
re: in oĩ ɔuerſatione tua.
Imitare ſcõs: emulare in
ſtos: habeto añ oculos tu-
os exẽpla ſctõꝝ: exẽpla iu-
ſtoꝝ imitãdo ɔ̃ſidera. Exẽ
pla iuſtoꝝ p̄pone tibi. pa-
trẽ exẽpla ſint tibi ĩcitamẽ
ta diſcipline. Intẽde v̾tu-
tem ſctõꝝ ad bñ opandũ:
intẽde ad bñ viuendũ do-
cumẽta ſanctoꝝ. Nulla ĩ-
famia ſcandalizet vitã tuã
Nulla opinio aduerſa te
ɔtriſtet. diſce flagrare bo-
no p̄conio: hẽto teſtimoni
um bonũ: cuſtodi tuam fa
mã bonam tua bõa fama
nullis fetorib⁹ obſcuretur
tua bõa fama nulliſ obpro
brijs laceretur. Amen.

¶ De cõtẽtione ſer. xvij.

Paulus apl̃s ait. Cũ
n. ſunt ĩter vos zel⁹
⁊ contẽtio nõne ſm
hoĩem ambulatis ⁊ carna
les eſtis? ⁊ ſalomõ ait. In
ter ſupbos ſp̄ ſunt iurgia:
ſp̄ malus iurgia q̃rit: ange
lus mal⁹ mittĩt ɔ̃ euз: qui
per loca piculoſa vadit ci
to cadit: ſic ille qui quoti-
die cum p̄ximis ſuis ɔten
dit: cito in ſcandalũ cadit.
Uiri mites: ſemp̄ deſpici
unt lites qui quotidie con
tendunt ⁊ rixantur a pau-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cis hoībus amantur ꝓpte rea pax ⁊ cōcordia oībus hoīb⁹ ſunt neceſſaria. So ro: cariſſima audi beatū Aug. dicentē. O ꝙ̄ irrepre hēſibiles eē poteram⁹ ſi tā diligēter nr̄a vicia emēda rem⁹ ꝙ̄to ſtudio aliena re ꝓhendim⁹. ſ; ſi nos bñ cō ſideramus: multa in nos rephendē poſſumus: volo ꝙ cognoſcas q: nihil ē tur pius ꝙ̄ liteſ īter religioſos qui dñt ꝑ cōcordiā: ⁊ dile ctionē lucē in mūdo: ſicut luminaria in celo. Cōten tiones ex īuidia ⁊ d̄tracti one ſolēt euenir̄ atq; oriri. Sed ſi detractio ⁊ iurgia ſūt in clauſtro vbi ē tacitur nitas regularis: vbi ſc̄titas religiōis. vbi ſilētiū ordīs vbi religioſitas monaſte rij: vbi vinculū charitatis vbi pax vnitatis: vbi ꝯcor dia fr̄nitatis: vbi amor ſo cialis: heu ꝓh dolor perijt taciturnitas regularis: ab lata ē ſc̄titas religionis: de fecit ſilētiū ordīs: ad nihi lū deuenit religioſitas mo naſterij: annulata ē chari tas fr̄nitatiſ: ſ; ſi illi qui in pace dñt viuē incipiūt cō tendē. litigar̄. detrahē. vbi eſt vita tranq̄lla. vbi vita quieta. vbi vita pacifica. vbi vita honeſta. vbi vita modeſta. vbi vita ꝯtēpla tiua. vbi vita āgelica: Cer te nō pōt ibi eē pax ītegra vbi regnat d̄trahēs ligua vbi regnāt rixe ⁊ ꝯtētiōes non pōt eē ꝑfecta religio. Uide g° ſoror dilecta ne ꝑ lites ⁊ contētiōes ꝑdas tu os labores. Caue ne dies tuos ꝑdas ꝑ detractiones ⁊ rixas. Attēde tibi diligē ter ne ꝑ iurgia ⁊ cōtētiōes ꝑdas celeſtes ꝓmiſſiones Eſto ſolicita ne ꝑ ſtulta v ba ꝑdas gaudia et̄na. Igi tur linguā tuā; refrena. ⁊ eris religioſa: q: ſi eā non refrenaueris r̄ligioſa non eris. S; ſi forſitā mihi nō credis: audi Jacobū apo ſtolum dicentē. Siq̄s pu tat ſe religioſum eē nō re frenans linguā; ſuam ſed ſeducēs cor ſuum hui⁹ va na ē religio. lingua modi cum ē mēbrum in corpore hominis: ſed tamē ſi refre nata non fuerit: totum cor pus maculat ⁊ corrumpit nam ſicut modicū fermen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tum corrumpit totaz maſ
ſam. ⁊ ſicut parua ſcītilla
ignis magnam ſiluam in/
cendit. Ita lingua ſine fre
no dn̄os ⁊ p̄poſitos: equa
les ⁊ ſocios ſbiectoſ ⁊ par
uulos: oēs ſcandalizat: ⁊
ad iracundiam prouocat.
Lingua ꝯtentioſa ſi frenū
nō habeat: nullus hō cuz
ea in pace viuere poterit.
Rixoſa lingua veneno eſt
plena q̄ ſi n̄ fuerit caſtiga/
ta. omnes ſocios ſuos per
ducet ad ſcandala. Soror
venerabilis ergo bonū eſt
tibi vt prohibeas linguaz
tuā a malo ⁊ labia tua ne
loquatur doluz. Conſide/
ra vn̄ veniſti ⁊ ad quid ve
niſti. de mūdo exiſti ⁊ ad
caſtra dei: hoc eſt ad mōa
ſteriū fugiſti. Diuitias ſe/
culi poſtpoſuiſti ⁊ ad cele
ſtes diuitias promerēdas
veniſti. Et iō paupertatem
elegiſti. gratis pauperta/
tem elegiſti. Et iō obliuio
ni debes tradē oīa que ꝓ/
pter deum reliqſti: Caue
ergo ne velis aliis te p̄fer
re q̄to maior es: tanto te
humilia in omnib⁹ dimit
te ꝯuenticulam cōſpiratio
nis ⁊ detractionis. fuge
murmurationes ⁊ ſuſurra
tiones: ſuſurratōes nō au/
dias. Murmurationibus
aurē tuam nō p̄beas. Se/
para aures a detrahētib⁹
quaſi a ſerpētib⁹: fuge de/
trahētibus q̄ſi ſerpentes:
detrahentes infundūt ve/
nenuz mortiferū in aurib⁹
ſe audientiū: qui detrahit
⁊ qui detrahentē libenter
audit vterq; peccat. nō ſo
lum ille qui detrahit pec/
cat: ſꝫ ⁊ ille qui voluntarie
detrahentem audit. Ho/
neſta v̄go: audi ea que di/
cit vir p̄fectus in pſalmo.
Nō ſedi ꝯcilio vanitatis:
⁊ cū iniqua gerentib⁹ nō
introibo. Tu ergo cū cōci
lio vanitatis nō ſedeas ⁊
cū malo loquentib⁹ nō cō
miſcearis: nō ꝯtendas in
vlla cauſa: in nulla cā de/
certare ſtudeas. Cōtentio
lites parit. Contentio pa/
cem cordis extinguit. Con
tentio rixas gignit: Contē/
tio iurgia ſeminat. conten
tio faces odiorum accen/
dit. Cōtentio ꝯcordiā rū/
pit. contentio ꝯturbat ocu
lum mētis ſicut ait dauid

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Turbatus eſt oculus me‑
us a furore. Igit̃ amabilis
in xp̄o ſoror: moneo te vt in
nulla cã contendas. Nõ
cõtendas pro cibo neq̃ p
potu neq̃ pro veſtimẽto:
ſed accipe de manibꝰ pro
poſitarũ tuarũ ea que tibi
dederint ſine murmurati
one qd̃ a p̄poſitis tuis tibi
fuerit miniſtratuȝ ſine mur
muratõe accipe. Si ſoror
tua meliora veſtimenta ac
cepit q̃ȝ tu accepiſti non ſit
tibi cure: ſi prepoſita tua
dederit tibi vile veſtimen
tũ ⁊ ſorori tue dederit pre
cioſuȝ de hoc nõ murmu
res. Si meliora veſtimen
ta ſororibus tuis fuerint ⁊
tu accepis viliora. ſup hoc
nõ ꝯtendas. In nulla tp̄a
li cã eligas meliora: i tran
ſitorijs rebꝰ meliora nõ q̃
ras. In rebꝰ mundi melio
ra non concupiſcas: q̃re?
q: nõ veniſti ad diuitias:
ſed ad paupertatẽ. Nõ ve
niſti ad monaſteriũ vt di‑
uitias terrenaſ hẽas: ſed vt
virtutes ſp̄uales acqras.
Nõ veniſti ad clauſtra vt
in veſtimẽtis precioſis re‑
ſplẽdeas: ſed vt in ſimpli‑
citate deo ſeruias. Nõ ve
niſti ad ordineȝ vt añ ocu
los hominũ in veſtibꝰ glo
rioſa appareas: ſed vt per
hũilitatẽ deo ſuias ⁊ pla‑
ceas: nõ veniſti ad ſanctã
cõgregationẽ: vt volunta
tem tuã cõpleas: ſȝ vt volũ
tati aliene obedias. ⁊ pro
deo oĩa terrena deſpicias
Alioquin meliꝰ tibi fuerat
in domo p̄ris tui remane‑
re: q̃ȝ in monaſterio p̄cio‑
ſa veſtimenta q̃rere. Me
lius tibi fuerat i domo pa
rentum tuoꝝ habere ſola
cium: q̃ȝ iter ancillas dei
pro frenis ⁊ trãſitorijs re‑
bus mon͞e ſcãdalũ. Meli
us tibi fuerat ĩ terra tua cõ
morari: q̃ȝ i domo di pro
tp̄alibꝰ rebꝰ ꝯtendẽ: aut li‑
tigar̃ aut murmurar̃. Igr̃
ſoror cariſſima: ſic̃ ſupius
dixi tibi: i nulla cã decerta
re ſtudeas: niſi vt ſoli deo
placeas. Amen.

¶ De diſciplia ſer. xviij.

Sapientiſſimus ſalo
mon ait: Audi fili
mi diſciplinam pa
tris tui: ⁊ ne dimittaſ legẽ
mr̃is tue: vt addat̃ gratia
capiti tuo: ⁊ torques collo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mo. Tene diſciplinam: ⁊ ne dimittas eã. Cuſtodi il lam: qꝛ ipſa ẽ mr̃ tua. Accipe diſciplinã: ⁊ noli abij cere eã: Qui odit caſtigatiões: ſtultus ẽ. Qui increpationes relinqt multũ errat. Qui diſciplinã deſpicit peccat. Qui cuſtodierit diſciplinã inueniet vitã Qui vo diſciplinã noluerit cuſtodire: iueniet mortez. Egeſtas ⁊ ignominia erit illi qui deſerit diſciplinã. qui acqeſcit caſtiganti glorıabiť. Stultus irridet diſciplinã pr̃is ſui. Qui ãt cuſtodit ĩcrepatões ſapiẽs eſt. Plus ꝓficit caſtigatio lingue apud prudentẽ. q̃ʒ cẽtum plage apud ſtultũ. Uir ſapiẽs ⁊ diſciplinat⁹ ñ murmurabit. aduerſus eũ qui caſtigat illũ. Tam̃ caſtigatio dʒ eẽ moderata Uñ btũs Ambroſi. Leniter caſtigat⁹ exhibet reuerẽtiam caſtiganti: qui vo crudeliť caſtigatur vel increpatur nec increpatõez ſuſcipit nec ſalutẽ. blanda pietate ſunt portandi. qui pro ſua infirmitate nõ poſſunt increpari pro diuerſitate peccantiũ alij portãdi ſunt. alij caſtigandi. quia modus diuerſus ẽ pctõꝝ. prelati eccleſie portaꝛ dñt ſubditos ſuos q̃s corrigũt ⁊ corrigere quos portant. Hinc ſalomõ in baſib⁹ tẽpli dñi imaginem leonis ⁊ bouis ⁊ cherubin. ope ſculptorio fec̃ pigẽ. Quid aliud deſignãt baſes in tẽplo. niſi p̃latoſ in eccleſia ꝗ quicũqʒ ſollicitudinẽ regiminis ſuſcipiũt. tanq̃ʒ baſes portãt onus ſuppoſitũ Cherubin plenitudo ſcie iterp̃tatur. In baſib⁹ cherubin mõſtrať. qꝛ prelati eccleſie pleni dñt eẽ celeſtis ſcie. Per leonẽ terror ſeueritatis figurať. Per bouẽ vo patiẽtia mãſuetudinis oſtẽditur. itaqʒ ĩ baſibus neqʒ leones ſine bobus. neqʒ bones ſine leonibus exprimunť. qꝛ prelati eccľie. aliquãdo rigide. aliquãdo cũ dulcedie. aliquãdo cũ aſpitate. aliquãdo verbis. aliquãdo flagellis dbẽt ſubiectoſ ſuos corrigẽ. qꝛ ille qui per blanda verba caſtigatus non corrigiť. neceſſe ẽ vt acri⁹

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

corrigatur. vel arguatur. Cum dolore.n.abſcōdē/da ſunt vulnera q̄ leniter ſanari nō pōt. qui ſecreto admonitus de pctō corri/gi negligit publice eſt ar/guendus. vt vulnus qđ oc culte ſanari nequit. mani/feſte debeat emēdari palā ſunt arguendi. qui palam nocēt. Ut dū aperta obiur gatione ſanant ħi qui eos imitando deliquerūt corri gant. vt dū vnus corripit ceteri emēdentur. Meliꝰ eſt vt pro multoꝝ ſaluatio ne vnus condēnetur quaꝫ per vnius licentiaꝫ multi periclitentur. Etiā beatus Grego. ait. Sunt multi q verba icrepatiōis audiūt ⁊ ad penitentiā redire cō/temnunt. Unuſquiſqꝫ au/diat de regno dei quod di ligat. Audiat de iferno qđ timeat. vt ſi per amorē ad regnū nō venit. Saltē per timorē veniat. Uerba ſūt beati Jſidori. Juſti beni/gne ſuſcipiunt caſtigatōeꝫ quādo de ſuis culpis argu untur. Soror cariſſima di ſciplina eſt emendatrix q̄ nō eſt vilipēda. ⁊ iō debe

mus prelatos nr̄os diligē ⁊ verba eoꝝ benigne ſuſci pere qui per icrepationes ⁊ caſtigationes ſuas aufe/runt a nobis ꝓprias volū/tates: ⁊ mūdi cupiditateſ. Uñ in canticis canticorū de eiſdem prelatis. Eccle ſia vel quelibet fidelis aīa dicit. Jnuenerūt me cuſto des qui cuſtodiunt ciuita/tem percuſſerūt me ⁊ vul nerauerunt me. tulerunt mihi pallium meuꝫ cuſto des murorū. per cuſtodes ciuitatis: itelligimus pre/latos qui ſtatuꝫ ſancte ec/cleſie cuſtodiunt ⁊ qui etiā animā fidelem inueniunt eamqꝫ ſuis predicatiōibꝰ ⁊ exhortationibꝰ atqꝫ mi/nis ꝑcutiunt ⁊ amore cha ritatis xp̄i vulnerant. nec ſolum hoc ſufficit eis ſed etiam pallium ei tollunt. ideſt omnē terrenam dele ctationem atqꝫ ſubſtantiā tēporalē ab ea auferunt ⁊ eam nudā peccatis ac ſpo liatam diuitijs ad regnuꝫ celorum traſmittunt. Jgi/tur ſoror mihi i chriſto di/lecta valde dignum eſt. vt prelatos noſtros quaſi pa/

d

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tres diligam⁹. ⁊ vt ab eis disciplinā noſtre ſalutis libenter ſuſcipiam⁹ ſm cōſilium dauid ꝓphete dicētis. apphēndite diſciplinā ne qñ iraſcatur dñs ⁊ pereatis de via iuſta. ergo ſi de via iuſta nolumus perire neceſſe eſt nos diſciplinā ſuſcipe. Si ille qui diſciplinā nō ſuſcipit de via iuſta peribit ꝓculdubio ī via iuſta. cōfirmatus erit q diſciplinā ſuſcipit. Nūc ergo ſoror venerabil' moneo te vt libēter ſuſcipias diſciplinā vt ab ira dei de libereris ⁊ in uia iuſta cōfirmeris. multas age gras illi qui caſtigauerit te: illi qui icrepauerit te gras repende. Si abbatiſſa vel prioriſſa pro ſalute tua increpauerit te nō contriſteris. quū abbatiſſa vel prioriſſa monſtrauerit tibi viā ſalutis tue ſuſcipe doctrinā illius gratis. qñ aliquis monſtrauerit tibi cām tue ſalutis: tu nō ſis rebellis. Dilige eas que te reprehēdunt de tuis tranſgreſſionibus. Ama eas que te caſtigauerūt de tuis neglīgētijs: q̄ſi

mſes dilige eas que te reprehēdunt de tuis trāſgreſſionib⁹: caſtigantib⁹ iniuriam non reſpondeas. Increpātibus te ꝯtumeliam nō dicas: mala pro bonis nō reddas. Aduerſus bōa ꝯſilia nō reſpondeas iurgia. Aduerſus bona v̄ba ñ reſpondeas mala: q̄re? qr qui diligit diſciplinā diligit ſapiētiā: ergo ⁊ tu ſi diſciplinā dilexeris ſapiens eris. ¶Prudens eris ſi icrepationes patiēter ſuſtinueris: ſapiens eris ſi humilr caſtigationes portaueris. Honeſta virgo iō a dño ⁊ ⁊ a prelatis nr̄is in hac vita corripimur: vt nō cum hoc mundo damnemur. Multo melius eſt nobis ī hac vita a prelatis noſtris pro neglīgētijs corripi q̄ꝫ in futura vita dānari. Melius eſt nobis in hoc ſeclo a prepoſitis nr̄is pro tranſgreſſiōib⁹ ⁊ culpis caſtigari q̄ꝫ in futuro ſeculo puniri. Amabilis mihi in xp̄o ſoror: meli⁹ eſt tibi manu abbatiſſe flagellis cedi: q̄ꝫ in inferno penas pati: melius eſt tibi manu abbatiſ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſe vel prioriſſe flagellari in
hac vita: ꝙ in inferno cru
ciari in futura. Melius ti
bi eſt manu abbatiſſe fla-
gellis verberari ꝙ in īfer
no torqueri. Melius tibi
eſt in hoc mundo de ma-
nu abbatiſſe vel prioriſſe
ſuſtinere flagella: ꝙ pati
eternas penas in gehēna
Melius eſt tibi manu ab
batiſſe vel prioriſſe tpali-
ter affligi virgulis: ꝙ cre-
mari eternis incendiis. A
quibus te dignetur libera
re ille qui te redemit ſuo
precioſo ſanguine. Amē.

¶ De obedientia ſer. xix.

Soror cariſſima audi
verba pauli apoſto-
li. Nō eſt poteſtas ni
ſi a deo. Que aūt ſūt a dō
ordinata ſunt. Jdeoq; qui re
ſiſtit poteſtati: dei ordina-
tioni reſiſtit: ergo nō debe
mus ꝯtemnere poteſtates
ſiue mūdi ſint ſiue eccleſie
q: oēs a deo ordinate ſūt.
Igr̄ qn̄ per obediētiā pre
latis nr̄is ꝯtradicim⁹: dō
iniuriā facim⁹: qn̄ per ſup
biam ⁊ inobīaz p̄latis no
ſtris rebelles ſum⁹: cōtra
dei p̄cepta facimus: quan
do prelatis noſtris contu-
maces ſumus atq; inobe-
dientes: deū cōtemnim⁹:
qui dixit. Qui vos audit
me audit. i. qui vobis eſt
obediens: mihi obediēs ē
Et qui vos d'ſpicit: me de
ſpicit. Soror dilecta mihi
in xp̄o ergo qui p̄latū ſuuz
deſpicit: deuz deſpicit. Et
qui p̄latuz ſuum honorat.
deū honorat. Et qui obe-
diens eſt prelato ſuo: obe
diens eſt deo. Hanc vtu-
tem. ſ. obīam laudat Sa-
muel ꝓpheta dicēs. Ma
ior eſt obīa: ꝙ ſacrificiuz:
⁊ obedire magis ꝙ offerr̄
adipē arietū: qm̄ q̄ſi pc̄m̄
ariolandi ē: repugnare: ⁊
q̄ſi ſcelus ydolatrie nolle
acquieſcē. i. nolle obedire
Maria ſoror aaron per ſu
perbiā ⁊ inobīaz murmu
rauit ꝯ̄ Moyſen frēm ſu-
um: ⁊ ſtatiz ꝑcuſſa ē lepra
maria q̄ ꝯ̄ Moſen frēm
ſuum. i. prelatū murmura
uit: per inobīam ⁊ rebelli
onem ſignificat aīaz cuiuſ
libet hoīs qui murmurat
ꝯ̄ p̄latum ſuū: cui nō vult
obedir̄ nec p̄cepta ſalutis
accipe. Et q: nō vult per



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

obedientiã precepta ſui p̄latī ſuſcipere: lepra pctõꝝ percutit̄ atq; fedat̄. Et itaꝫ chore dathã: ⁊ abyrõ qui ꝯtra moyſen ⁊ aaron per ſupbiã ⁊ ꝯtumeliã atq; in obedientiã īſurrexerũt: ſtatim pro ſua p̄ſumptiõe penas ſuſtinuerũt: ſicut ſcriptũ eſt in pſalmo. Aperta ē terra ⁊ deglutiuit dathã ⁊ operuit ſup̄ cõgregationeꝫ abyrõ. Et iterũ. Exarſit ignis in ſinagoga eoꝝ: flãma combuſſit pctõres. Nã ⁊ ozias rex cũ per ſuperbiã: ⁊ inobedientiã atq; ꝯtumaciã turribulũ accepiſſet ⁊ cõtra legem dei ſacrificare voluiſſet deo ē lepra percuſſus: atq; maculatus in fronte. Nam ⁊ Saul q: inobediens fuit: regnum perdidit: ⁊ī manibus inimicoꝝ ſuoꝝ cecidit etiã ionas propheta per ī obedientiã fugit: ⁊ eũ piſcis abſorbuit atq; in pfundum maris miſit. Cauẽdũ eſt igit̄ nobis: ne ꝯtra prelatos noſtros per inobedientiã audeamus inſurgeř ne dominus per eis velit in nos q: vice ſua fungũt̄

aſpere viſitare. Venerabilis ſoror pro ſalute nr̄a poſuit deus prelatos in eccleſia: vt nobis prouideant ⁊ vt deo pro nobis rationeꝫ reddãt: atq; nos ne mala faciamus cuſtodiant. Vñ pau. apo˚. Obedite p̄poſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis: ipſi. n. peruigilãt q̄ſi rõnē redituri pro aĩabus vr̄is: prelati debẽt cuſtodire ac regẽ gregẽ dñi cũ magna vigilantia ac ſollicitudine De qbus in canticis canticoꝝ legitur. Lectuluꝫ ſalomonis ſexaginta fortes ambiũt: ex fortiſſimis iſrael: oẽs tenẽtes gladios: ⁊ ad bella doctiſſimi vniuſcuiuſq; enſis ſuper femur ſuum: ꝑpter timores nocturnos. Verus ſalomon xp̄s eſſe ītelligit̄: qui reuera pacificus ē: q: pacẽ īter deuꝫ ⁊ hoīem reformauit Lectulum vͦ ſalomonis ꝯgregatio eſt fidelium, in qua deus habitat ⁊ regeſcit: Lectulũ vͦ ſalomõis ſexaginta fortes ambiunt: ſ. p̄lati: qui defendẽdo. caſtigãdo. increpando. corripiendo. admonẽdo. circũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eunt: ⁊ eccleſiam dei ꝯtra vicia: ⁊ ꝯtra inimicos viſibiles atqꝫ inuiſibiles: Qui iõ fortes eẽ dñr: q꞉ prelati ſancte eccleſie pfecti ſunt ĩ obſeruatiõe mandatorum dei. Oẽs tenentes gladios i. ſpũale verbũ q꞉ p̃dicando vitia ſubiectoꝝ dñt reprimere. Ad bella ſunt doctiſſimi: q꞉ neceſſe ẽ vt ad bella ſpũalia ſint inſtructi Unuſquiſqꝫ enſis ſuper femur ſuum. Prelati ſcẽ eccleſie ſup̱ femur enſes tenent: q꞉ prius in ſe: ⁊ tunc in ſibi ſubiectos vicia carnis debẽt reſecare. Et hec oĩa faciunt ꝓpter timores nocturnos. i. ꝓpter occultas ĩſidias malignoꝝ ſpũum: qui in nocte hui⁹ ſeculi maxime ĩſidiantur ſctĩs p̃latis: vt illis deceptis lectulũ ſalomonis. i. cõgregationem ſeruoꝝ dei fedare ac maculaꝛ poſſint. Soror cariſſima: iõ hec dixi tibi: vt cognoſcas q̃ꝫ deuote q̃ꝫqꝫ humiliter debem⁹ prelatis noſtris obedire.

Obediẽtia ſola virtus eſt: q̃ vtutes ceteras mẽti inſerit: inſertaſqꝫ cuſtodit. De qua ſalomon ait: Melior eſt obedientia q̃ꝫ victime: q꞉ per victimas aliena caro: mactatur: per obedientiam vero ꝓpria voluntas religaꝛ. Unde vir obediens loquiꝛ victorias: quia qui dum alieno voci humiliter obedit: ſemetipſuꝫ in corde ſuperat. Adã in infernum cecidit: q꞉ inobediens fuit: xp̃s vero ad celum aſcendit: q꞉ vſqꝫ ad mortem deo p̃ri obediuit Sicut per inobedientiam Ade pctõres cõſtituti ſunt mlti: ita per obĩam xp̃i iuſti cõſtituti ſunt multi. Et ſicut ꝓpter pctm̃ ade oẽs hoĩes ſunt ĩ ꝯdemnationẽ mortis: ita per iuſticiã xp̃i oẽs hoĩes in iuſtificationẽ vite. Et iterũ. Sicut ĩobedientiã p̃mi parẽtis generauit mortem: ita obĩa xp̃i generauit vitam. Igiꝛ ſoror dilecta: ſi pro xp̃o fueris obediẽs tuis prelatis: cũ chriſto regnabis in celis. Contra matrẽ tuam. i. abbatiſſam vel prioriſſaꝫ: nunq̃ꝫ verbũ aſperũ dicaſ Prelatis tuis nunq̃ꝫ rebellis exiſtas: p̃poſitis tuis in



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nulla cauſa contradicas. Venerare aūt oēs melioris ſcie: ac melioris vite. Venerare vnūquēq; hominē pro ſuo merito ſanctitatis. Maiori gradui reuerentiā tribue cōpetentē ſm dignitatē vnicuiq; homini tribue honorē. Supiori gradui equalē te nō exhibeas. Senioribus preſta obiam: ⁊ famulare humiliter imperijs eorū. Cede auctoritate maiorū: defer digna ſeruitia maioribus Eſto cūctis obediēs in bonis preceptis. O ſpōſa xpi ita obedias hoī vt non offendas voluntatē dei. In malis opibus nunquā ſis obediens. Non obedies illi qui male tibi facere mandauerit. malū facere iuſſa nō conſentias. Noli obedire in malo cuiq; poteſtati. Etiā ſi pena cōpellat: ſi ſupplicia imineāt: ſi tormenta occurrāt. Melius eſt mortē pati: quā mala iuſſa īplere. Melius ē ab hoīe iugulari: quā eterno iudicio dānari. Neq; enī eſt ſine culpa: q vt malum fieret obediuit. Igit ſoror venerabil: eſto obediens vſq; ad mortem ⁊ dabit tibi deus coronam vite.

¶ De pſeuerātia ſer. xx.

Soror cariſſima audiāmus biero. dicentē Nō querunt in xpianis inicia vel exordia ſed finis ⁊ pſeuerātia. Paulus apoſto. male cepit ſ; bñ finiuit. Iudas vo ſcarioth bene cepit ſed male finiuit. Laudatur initiū iude ſ; finis vite illius cōdēnatur: ſed in vanū initiū hois collaudat ſi finis vite eius cōdēnat. Unde btūs Gre. Uirtus boni operis pſeuerantia eſt: icaſſum bonum agit ſi ante terminū vite deſerat. de hoc ēt beatus Iſido. ait. Nō iudicat deus hoiem de pterita vita: ſed de ſuo fine. Unuſqſq; .n. in die mortis ſue iuſtificabitur aut cōdemnabitur: vnde ſcriptū ē vbi te inuenero ibi te iudicabo. Etiā btā magdalena ideo xpm reſurgentē primo meruit videre: q; eū requirendo perſeuerauit: vnde etiam: in canticis canticorum dicitur in lectulo meo p no-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cites q̄ſiui quem̄ diligit aīa
mea. Moneo g° te hone/
ſta vgo vt q̄ras eundē ie/
ſum xp̄m ſpōſum tuū in le
ctulo tuo.i.in rege mētis
atq3 quiete cōtemplatiōis
per noctes q̄re eū: hoc eſt
in hac vita ad deum ſuſpi
rando: eūq3 deſiderando:
vt eū perfecte in futura vi
ta inuenire poſſis ac vide/
re regnantē in patris ſolio
Sine intermiſſiōe q̄re eū
bene viuendo: vt faciē ei⁹
merearis videre in celeſti
regno. Rogo xp̄i ſpōſa vt
dicas cum dauid ꝓpheta
Sitiuit aīa mea ad te deū
fontē viuū quando veniaꝫ
apparebo ante facieꝫ dn̄i.
Uere aīa tua deuꝫ ſitit ſi
eū ſuper oīa diligit. Uere
aīa tua deū ſitit ſi pro amo
re illius deſpicit oīa terre
na. Uere aīa tua deuꝫ ſitit
ſi eū in dextera pr̄is regnā
tem cōcupiſcit. Etiā idem
ꝓpheta nos admonet di/
cens. Querite dn̄ꝫ ⁊ cōfir
mamini q̄rite facieꝫ eius
ſemꝑ.i.in ꝓſperitate ⁊ an
guſtia: in paupertate ⁊ abū/
dantia: in īfirmitate ⁊ in
ſanitate: in iuuentute ⁊ in
ſenectute debem⁹ deū q̄re
re tota mente: tota ītentio
ne vt ab eo mereamur cō
firmari in ſctā ꝯuerſatiōe
⁊ vt illū mereamur īueni
re ac vidē in celeſti regno
mūdem⁹ nos ab oī inqna/
mēto carnis ac ſpūs: q2 ñ
niſi caſto corpore ad celos
poteſt ſubleuari ī die rſur
rectōis. Nec poteſt vidē
glīaꝫ dīne maieſtatis: niſi
illi q ſit mūdo cordē. Soror
dilecta mihi credē q2 ñ oci
oſis ⁊ vagātib⁹ dabit rgnū
celoꝝ: ſꝫ q̄rētib⁹ ⁊ petētib⁹
atq3 pulſātib⁹. Sic.n. ait
dn̄s: petite ⁊ accipietis: q̄
rite ⁊ īuenietis: pulſate ⁊
apiet vob. Petēda ē g° ia
nua regni orādo: querēda
bn̄ viuēdo: pulſanda in dei
ſuitio pſeuerādo: nō ſuffic
bona īcipere niſi etiā qſq3
ſtudeat ea que bn̄ inchoa
uit vſq3 ad finē vite ꝑducē
q2 meli⁹ eſt viā iuſtitie nō
cognoſcē: quā poſt cogni/
tionē retrorſū cōuerti. Un̄
dn̄s ī euāge. Nēo mittēs
manū ſuā ī aratrū ⁊ reſpi
ciēs retro apt⁹ eſt regno dī
Igit ſoror venerabilis ne
ceſſe eſt vt per deſideriꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eterne beatitudinis pulſe/
mus q̄tidie aures dei oi/
potentis: nec deficiam⁹ a
bono q̄ incepimus ꝑuſq̄
illo ſapiente mereamur ꝺ
carcere mortis huiꝰ eripi
⁊ ad portā celeſtis patrie
ꝑuenire. Soror ī xp̄o ama
bilis mihi bonū eſt nobis
perſeuerare in ſeruitio dei
q̄m qui de monaſterio ad
ſeculuz reuertunt̄ pluſq̄
carbones nigri efficiūtur.
Qui de monaſterio ad ſe/
culum deſcendūt efficiun
tur nigri ſicut carbōes fri
gidi. Quare? q2 per torpo
rem mentis ab igne chari
tatis dei ſunt mortui atq̄
extincti: vn̄ btūs Jſidorꝰ.
Qui de bona vita ad ma/
lam reuertunt̄ per cupidi
tatē mundi ſunt ꝯtenebra
ti ⁊ nigredīe vitioꝝ ſūt fe/
dati ⁊ fuſcati atq̄ a luce
ſupne claritatis dei ſūt ex
tranei ⁊ alieni. Qui ꝺ mo
naſterio ad ſeculū fugiunt
a ſocietate angeloꝝ ſeparā
tur ⁊ demonibus ſociant̄
Qui ſanctā ꝯgregationez
relinquūt. ⁊ ad ſecularem
vitā deſcendunt a ſocieta/
te dei elōgant̄: atq̄ domi
nio diaboli ſubiūgantur.
Soror ī xp̄o amantiſſima
ꝯſidera q̄d feciſti. Quoti/
die reduc ad memoriā vn
de veniſti ⁊ ad q̄d veniſti
⁊ quare veniſti. Tu ꝓpter
deū oīa que ī hoc mundo
ſūt reliq̄ſti ac deſpexiſti. ⁊
pro amore illiꝰ mōaſteriū
elegiſti. Tu regnū celorū
cōparaſti. ⁊ teipſaz ī ꝑcio
re amorem dei.. ⁊ verbis
ſanctis ⁊ actiōib⁹. Unde
in canticis cāticoꝝ. Spō
ſus.ſ. xp̄s ſponſam.i. ſan/
ctam aīam hortatur dicēs
Pone me vt ſignaculum
ſuper cor tuū. ⁊ ſuper bra
chium tuū. In corde ſunt
cogitationes ⁊ in brachio
operationes. Ergo ſuper
cor ⁊ ſup brachiuz ſponſe
dilectus in ſignaculum qr
in ſctā aīa q̄ntum ab ea di/
ligatur ⁊ voluntate ⁊ acti
one deſignat'. qr amor dei
nunq̄ȝ eſt ocioſus. ſi vere
amor magna operatur. ſi
vero nō operatur. non eſt
amor. Rogo igit' te vene
rabil' vgo vt deū perfecte
diligas ⁊ vt pro amore il/
li⁹ nūq̄ȝ ocioſa ſedeas. Si
vere deū diligis nulla ho
ra ocioſa eris. ſi deum in
veritate amas pro amore
illius ocium recuſas. Si
ex toto corde diligis deuz
omni tempore cōtemnis
ocium. Qui deū tota mē/

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

te diligit ꝓpter deum oci
um poſtponit. regnū dei
nō dabitur ocioſis. ſed in
ſuitio dei ſtudioſis. regnū
dei nō dabit᷑ vagantibus
ſed pro deo digne laborā
tibus. Qui in bonis opib⁹
ſunt pigri ⁊ tepidi nō ha
bebunt locū in regno dei.
Luxuria cito decipit ho
mines ocio deditos. Lu
xuria cito decipit hominē
ocioſū decipit hoīem va
gantē. Luxuria graui⁹ vrit
quē ocioſū inuenit. Libi
do cedit reb⁹. Luxuria ce
dit operib⁹: luxuria cedit
induſtrie ⁊ labori. hō per
laborē ſepe vincit libidinē
Corpus. n. labore fatigatū
minus delectatur flagitio
ꝗpropter amabilis in xp̄o
ſoror ꝑcaue ociū. non dili
gas ociū fatiga corpus la
bore. Exercet opus bonū
quere tibi opus vtile quo
animi implicetur ītentio.
Opus tuum ⁊ ītentio tua
ſemper ſit in deo. Amen.

¶ De pſalmis ⁊ hymnis ſermo. lij.

Soror cariſſima cum in ꝯſpectu dei cātas
pſalmos ⁊ hymnos: hoc
tracta in mēte tua qđ can
tas in voce. Mēs tua cū
voce cōcordet: ꝯcordet cū
lingua. Nō aliud cogites
⁊ aliud cantes. Si aliud
cogitas in mente ⁊ aliud
cantas in voce perdis fru
ctum laboris tui. Si cor
pus tuū ſtat in eccleſia fo
ris vagatur mens perdis
mercedem tuā. Unde dr̄
Populus hic labijs me
honorat: cor aūt eoꝝ lōge
eſt a me. Sicut. n. ait apl's
Pſalā ſpū: pſalam ⁊ mē
te. Cantabo ore ⁊ corde.
Bonū eſt ergo ſemꝑ ora
re deū mente. bonū eſt ēt
cū ſono vocis hymnis ⁊
pſalmis ⁊ canticis ſpūali
bus glorificare deū. Si
cut orōnibus iuuamur ita
pſalmorū modulationib⁹
delectamur. Uſus cantan
di cōſolatur triſtia corda.
Cantus in eccleſia mētes
hoīū letificat: faſtidioſos
oblectat pigros ſollicitat
peccatores ad lamēta inui
tat. Nam ꝗuis dura ſunt
corda ſeculariū hoīū: ſta
tim vt dulcedinē pſalmo
rū audierint: ad amorē pie
tatis ꝯuertunt. Sunt mul

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ti qui ſuauitate pſalmorū
cōpuncti: pctā ſua lugent.
Oratio tm̄modo in hac vi
ta effundit' in remiſſionē
pctōꝝ. Pſalmoꝝ aūt de-
cantatio ſignificat perpe-
tuā laudem dei in eterna
gaudia: ſic ſcriptū eſt: bea
ti qui habitāt in domo tua
dn̄e in ſecula ſeculoꝝ lau-
dabūt te. Quicūqꝫ fidelit'
⁊ intenta mente: pſalmos
decantat: quodāmodo an
gelis dei ſociat'. Quomō?
qꝛ hō illū ꝑ modulo ſuo
laudat in terris: quē ange-
li ſine īermiſſione adorāt
⁊ glorificāt in celis. Pſal
moꝝ decantatio aliqn̄ cō
monet nos ad lachrymas
aliquādo īuitat nos ad ora
tionē. pſalmi faciunt nob
gratas eſſe vigilias noctis
dicētes. Exultate iuſti in
dn̄o: rectos decet collau-
datio: pſalmi pronūciant
nobis horā diei primā cū
exultatione lucis dicendo
Deus in noīe tuo ſaluum
me fac: ⁊ in vtute tua iudi
ca me pſalmi ꝯſecrant no
bis horā diei tertiā cū di-
cunt. Et veniat ſuper nos
mīa tua dn̄e: ſalutare tuū
ſm eloquiū tuum. pſalmi
nos letificāt hora diei ſex-
ta in panis ꝯfractiōe: pſal
mi ad horā diei nonā ieiu
nia reſoluūt: ⁊ nos faciant
dulcedie ac ſuauitate ſpūa
li. pſalmi nos deo ꝯmen-
dant hora diei veſpertina
dicēdo. Dirigat' dn̄e orō
mea. ſic incenſū in cōſpe
ctu tuo. Eleuatio manuū
tuarum ſacrificiū veſperti
nū. pſalmi nos admonent
vt bn̄dicam' dn̄o ad com
pletā dicētes. Ecce nunc
bn̄dicite dn̄m oēs ſerui dn̄i
Soror mihi i xp̄o dilecta
firmiter retine in tua me-
moria: qꝛ in aurib' dei bn̄
ſonat cū ſcā aīa ꝑ dilectōē
⁊ amorē ac deuotōē: pſal
mos hymnos ⁊ canticos
ſpūales deo cātat. Un̄ ſpō-
ſus. ſ. xp̄s i cāticis cāticoꝝ
ſpōſā. i. eccl'iā vel ſctām
aīā admōet dicēs. Oſten
de mihi faciē tuā: ſoet vox
tua in aurib' meis: qꝛ vox
tua dulcis ⁊ facies decora
Tu ingt dilecta mea q̄ ia-
ces i lectulo dulciſſime cō
templatiōis: in q̄ mihi in
pſalmis ⁊ hymnis ⁊ cāti
cis ſpūalib' atqꝫ orōibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

placere deſideras: veni ⁊ oſtende mihi faciē tuā ti. egredē a ſecreto cordis: ⁊ alijs pulchritudinē bono- rū operū ſuoꝝ ad exēpluꝫ demonſtra: vt eſt illud vi- deant opa vr̄a bona: ⁊ glo rificent p̄rem veſtrū qui in celis eſt. Sonet vox tua in aurib⁹ meis. Vox. ſ. predi cationis: vox diuine lau- dis: vox iubilationis que alios ad laudē ⁊ glīaꝫ me am ꝓficere facias. Cant⁹ pſalmoꝛuꝫ oblectat aures audientiū ⁊ īſtruit aīas fi- delium ad bū viuendum. Vox cantātiū ſit vna ⁊ cū angelis dei quos vidē nō poſſum⁹: verba laudis mi ſcem⁹. Serui dei ſemper dn̄t laudare nomē dei: aq̄ ſuperiores inſinuēt: de qui bus dī: Bn̄dicite aq̄ oēs que ſup celos ſunt dn̄o: q꞉ electi nō tacebūt in perpe tuū laudarͣ nomē dn̄i. De aquis vo inferioꝛib⁹ dictū eſt. Cōgregentͣ aq̄ que ſub celo ſunt in locū vnū q꞉ re probi per totū mundū mō diſperſi ꝯgregabuntͣ in in- fernū cruciandi. Sine in- termiſſione fideles debēt

referre laudes deo q꞉ de⁹ delectatur in illis. Qd̄ de us delectatͣ in laudib⁹ fide liū teſtatur ſponſus. ſ. xp̄s qui in canticis canticoꝛuꝫ ſponſe. ſ. ſctē aīe loquitͣ di- cens. Que habitas in oꝛ- tis. In oꝛtis habitat eccle ſia vel quelibet ſancta aīa qua iā viriditate ſpei ⁊ bo noꝝ opeꝝ eſt repleta. que gͦ iā in oꝛtis habitat oꝫ vt ſpōſuꝫ ſuū vocē ſuam au- dire faciat. i. cantuꝫ bone p̄dicationis vl' ſancte iubi latōis vel vocē diuine lau dis emittat in qua ille de- lectetͣ quē d̄ſiderat: q̄꞉ aīci auſcultant vꝫ oēs electi: q verba vite. ſ. lectiōes: pſal mos: hymnos ⁊ canticos ſpūales audire deſiderāt: vt ad celeſtē p̄riam reuini ſcāt. igitͣ ſoroꝛ reuerēdiſſi- ma: ſic taꝫ superi⁹ dixi val de neceſſariū eſt tibi: vt in oī vita tua laudes oīpoten tem deū creatoꝛē tuū: qm̄ inde ꝓmittitur tibi venia: vnde ⁊ laudes. Lauda er go eū in coꝛde: lauda eū i voce. lauda eū in voce iu bilatiōis. lauda ēt eū in ſe creto ꝯtemplatiōis lauda

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eum in cubiculo mētis in iubilatōe vocis: q̄uis ad laudandū deū pctōres ⁊ idigni sim⁹ tñ cessare a laudibus nō debem⁹. q: ide cōseqmi veniā pctōꝝ credimus: vñ deuz laudamus. Vñ vox diuīa in psalmis Sacrificiū laudis honorificabit me. inqt. ⁊ illic iter quo ostēdā illi salutare dī. Ac si apertius diceret. In psalmis ē iter laudis quo ad eternā laudē peruenire possis. sed si ego illud tibi nō ostendero. illud inuenire nō poteris. Propterea carissima soror q: iter nr̄e salutis in manib⁹ est creatoris. moneo te vt nūq̄ laus dei discedat ab ore tuo Soror mihi i xp̄o amātissima deus est laus tua g° ⁊ tu laus illi⁹ esto. ita vt sp̄ sit laus illi⁹ in ore tuo. Amē.

¶ De actiua ⁊ contēplatiua vita sermo. liij.

Vidit iacob scalā stantē super terrā angelos q̄q̄ dei ascēdētes ⁊ descēdētes per eā: ⁊ cacumē illi⁹ celos tāgebat. In hac scala sūt positi oēs ad vitam eternā predestinati: ⁊ oīs qui spectat ad regnū celorū in hac scala hȝ locum. Scala ista gn̄alis ē: eccl'ia q̄ ex pte adhuc militat in terris: ⁊ ex pte iā regnat i celis. In hac scala sūt tres ordies hoīuȝ. s. seculares actiui ⁊ cōtemplatiui. Seculares sūt i minori gradu. Actiui sūt i altiori loco. cōtēplatiui vō sunt in sūmo. Et de istis trib⁹ ordib⁹ hominū: qdā sunt in mola: qdā sunt i agro qdā vō sunt in lecto: mola ē vita secularis: ager ē aīus hoīs secli. In agro sūt p̄dicatores vbi dei: i lecto est amor spōsi. s. xp̄i. Qui sūt i mola terrā circueunt: q: terrena q̄rūt ⁊ diligūt. Qui sunt in agro terrā collūt q: semināt verbuȝ dei in auribus hoīuȝ: qui i lecto sūt despiciunt ⁊ ɔtēnunt. ad pedes hui⁹ scale sūt hoīes hui⁹ seculi. In medio scale sunt actiui: in sumitate vō scale sūt ɔtēplatiui iā q̄si in celo positi: q: celestia cogitant. isti sūt angeli dei per scalā ascēdētes ⁊ descēdētes: q:



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diligit mundũ. Eſto mortua mũdo: ⁊ mund⁹ tibi. Tanq̃ꝫ mortua ab amore pſentis vite te ſepara. Tã q̃ꝫ mortua mũdi gl'iaꝫ nõ ↄcupiſcas: ſoror mihi amabilis in xp̃o: ſic ſepulta in monumẽto nõ habeas curam de ſeculo. Tanq̃ꝫ defuncta in ſepulchro ab oĩ terreno te priua negocio: ſoror mihi in xp̃o amabil' ↄtẽne viuẽs que poſt mortez hr̃e nõ poteris. Si hic ita feceris: poſt mortẽ tuã vitã eternã hẽbis. Amen.

¶ De curioſitate F. liiij.

SOror cariſſima moneo te vt de die ĩ diẽ ſtudeas pficẽ in bonis opib⁹: ⁊ vt non ↄſideres mala q̃ alij faciũt: ſed ↄſidera bona q̃ tu facẽ debes. Unde quidã ſapiens ait. Inſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter Non eſt tibi neceſſe ea cognoſcere q̃ ab humanis ſẽſibus ſunt remota. dignũ eſt valde vt mẽtes hoĩum deſinat iudicare: qui aliena corda pfecte neſcit cognoſceꝛ. q̃re? q꞉ ĩcerta nos iudicam⁹: quo adusq̃ꝫ veniat dñs: qui illuminabit abſcõdita tenebraꝝ ⁊ manifeſtabit ↄſilia cordium. Dignũ eſt etiã: vt deſinat peccaꝛ q aliena vitia vult rep̃hendere. Stulti hoĩes dũ alienos errores volunt rep̃hendẽ demonſtrant ſuos. Tãdiu homo ignorat pctã ſua q̃ debuerat flere ⁊ cognoſceꝛ: q̃ꝫdiu aliena vitia exq̄rit curioſe. Sed cũ hõ ad ſemetipſũ reuertit: ⁊ ſeſe bñ ↄſiderat: non exq̄rit q̃ in alijs rep̃hẽdat q꞉ in ſemetipſo multa inuenit q̃ lugeat. qui ſemetipſũ bñ ↄſiderat: in ſemetipſo ĩuenit multa q̃ plãgat. Unde btũs Greg. Nos tãto minus debem⁹ aliena corda rep̃henderꝛ: q̃ꝫto ſcim⁹ viſu nr̃o non poſſe aliene cogitationis tenebras illuſtrare. Etiã btũs Iſid. ait. Facili⁹ reprehẽdimus vitia vniuſcuiuſq̃ꝫ hoĩs q̃ꝫ virtutes ĩtendim⁹. nec q̃d boni q̃ſq̃ꝫ fecerit agnoſcẽ cupimus ſed q̃d mali egerit pſcrutamur. igit' ſoror mihi ĩ xp̃o dilecta moneo te vt ampli⁹ rep̃hendas tua vitia q̃ꝫ aliena. prius vide

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tua ꝓpria q̄ȝ aliena dlicta
de tua correctōe eſto ſolli
cita. De tua ſalute eſto at
tenta. de tua emēdatione
eſto ſꝑuiſa ꝙ ad te non ꝑti
net noli q̄rere. nunq̄ȝ deſi
deres cognoſcē quid inter
ſe loquūtur hoīes. Noli q̄
rere qd quiſq̄ȝ dicat aut fa
ciat. caue curioſitatē. Omi
te curas aliene vite. nulla
curioſitas aīuȝ tuū ōcipiat
nulla ꝯcupiſcētia ōteſtāde
curioſitatis te ſubrepat. ne
tu oblita tuoꝝ moꝝ. alie
nos pergras xp̄i ſpōſa. tā
ta cura corrige tua vitia.
quāto ſtudio reprehendis
aliena. Nulla tibi ſit cura
ſciēdi latētia. caue ingrere
ea q̄ nō debes ſcire. preter
mitte q̄ſi ſecretū ꝙ ſcriptu
re ſcē autoritate nō didici
ſti. Nihil vltra queras q̄ȝ
ſcriptū eſt. Nihil ampliꝰ
ꝑquiras diuine littere de
mōſtra. Scire nunquā de
ſideres ꝙ ſcire nō debes.
Soror venerabil' ſcito pro
certo: q2 curioſitas ꝑiclo
ſa preſumptio eſt: Curioſi
tas dānoſa ꝑitia eſt: adhe
reſim ꝓuocat: in fabulas
ſacrilegas ꝑ̄cipitat mentē
In cauſis obſcuris reddit
audaces. In rebus igna
ris facit hoīes ꝑ̄cipites.
Soror amātiſſima cum oī
ſtudio vitam tuā emēda.
vt poſt hāc vitam merea
ris ꝑuenire ad eterna gau
dia. Amen.

¶ De vigilantia ſer. lv.

Cariſſima ſo
ror: audi dn̄ȝ
ieſuȝ xp̄m in
euāge. dicētē
Vigilatequia
neſcitis qn̄ dn̄s venturꝰ eſt:
⁊ iteꝝ. Oibꝰ dico vigilate
⁊ petrꝰ ap̄ls. Eſtote prudē
tes ⁊ vigilate in orōibꝰ.
Cū hoīes dixerint pax eſt
⁊ ſecuritas tūc repentinꝰ
veniet ſuꝑ eos interitꝰ. Et
ſalomō ait. Sūt iuſti atq̄ȝ
ſapientes: ⁊ opera eoꝝ in
manu dei: ⁊ tamen neſcit
homo vtrū amorē aut odio
dignꝰ ſit. Quare: q2 in fu
turo reſeruant' icerta. So
ror in xp̄o dilecta. idō dn̄s
celauit nob tp̄s ſui aduen
tus: vt nos lōga expectati
one icerti: ſemꝑ credamꝰ
iudicē nr̄m eē venturū: q2
qn̄ venturus ſit ignoramꝰ.
Verba ſunt beati Grego.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum renouata mētis acie
ad ea vnde deſcēderat rur
ſus aſcēdit: qđ fieri in acti
ua vita nō pōt: De q̄ſi q̄ſ
q̄ vel ad modicū deſcen/
derit: ſtatim ingnatiōibus
vitioꝝ inoluit. Sepe mēs
de t̄ra ad celū erigit̄ ⁊ ite
rū grauata īfirmitate car/
nis de celo ad terrā deſcē
dit. Multos ſeculares ho
mines viſitat de⁹ ⁊ p ſuaz
grāz eleuat eos ad altitu/
dinē cōtēplatiōis ⁊ mltos
ꝯtemplatiuoſ iuſto atq̄ oc
culto iudicio ſuo de⁹ in ter
renis actib⁹ lapſos dereli/
quit. Sicut ſepult⁹ in mo/
numēto ceſſat ab oī terre/
no negocio: ita hō ꝯtēpla/
tiu⁹ ceſſat ab oī t̄reno ope
vel miſterio ⁊ ſicut hoīes
ab actiua vita aſcēdentes
ſepeliunt̄ in qete ꝯtēplati
onis: ita a ſeculari vita re/
cedēteſ actiua vita ſuſcipit
eos in ſe q̄ſi ſepeliendos.
Ac per hoc ſicut actiua vi
ta eſt ſepulchꝝ ſecularis
vite. ita ꝯtēplatiua vita eſt
monumētū actiue vite. vi
ri ſcti ſicut aliqn̄ egrediun
tur a ſecreto ꝯtemplatōis
ad actiuā vitaz. ita rurſus
ab actiua reuertunt̄ ad ſe
cretū intime ꝯtēplationis
vt itus deuz laudēt vbi ac
cederūt vnde foris ad ei⁹
gloriā operant̄. Sicut ds
vult vt aliquādo ꝯtempla
tiui egrediant̄ ad actiuaz
vitā. vt alijs pficiāt ita ali
quādo vult vt nemo eos ī
quietet. ſʒ vt qeſcāt ī ſecre
to ſuauiſſime ꝯtemplatio/
nis. Qđ bn̄ in cāticis can
ticoꝝ ſpōſus īſinuat. cūz fi
lias hierl'm ne ſponſam vi
gilare faciāt adiurat dicēſ
Adiuro vos filie hieruſalē
per capreas ceruoſq̄ cam
poꝝ: ne ſuſcitetiſ: neq̄ eui
gilare faciatis dilecta: do
nec ipſa velit. Hoc ē ne ſu
ſcitetis neq̄ euigilar̄ facie
tis aīam diuine ꝯtempla/
tioni deditā: orōnib⁹ ⁊ le/
ctionib⁹ diuis occupatam
Et ne eā ad exteriora opa
inqetare velitis. donec ipa
velit. Hoc ē: donec exple
to ꝯtēplationis tpe admo
nente corporis fragilitate
quādo velit ſuſcitari a ſō/
no interne quietis: ⁊ inti/
me dulcedīs. Sed tamen
in hac mortali vita nemo
poteſt pfecte contemplari

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deū. vnde btūs ioānes in apocalypſi dic factū eſt ſilentiū in celo quaſi media hora. Celū quippe eſt aīa iuſti: ſicut dn̄s per ꝓphetā dicit. Celū mihi ſedes ē Cū ergo quies ꝯtemplatiue vite agit̄ in mente ſilentiū fit in celo.i.in aīa quia ſtrepit⁹ terrenaꝝ rerū atqꝫ opationū ceſſat in cogitatiōe. Sed qꝛ ꝯtemplatiua vita in hoc mūdo nō pōt eſſe ꝑfecta nequaqꝫ hora itegra factū ſilentiū dꝛ i celo: ſed quaſi media hora. Qui ꝑfecte vitā cōtemplatiuā vult tenē: dꝫ ab omni terreno oꝑe ceſſare. Vnd in eiſdem canticis ſponſa de ſe dic. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Ac ſi apte mens ſctā loqretur dicēs. dū a mūdanis tumultib⁹ exterius dormio: in iterio ri cogitatiōe que ſunt celeſtia atqꝫ ſpūlia pēſo. Etiā archa Noe que bicamerata dꝛ: ſignificat actiuos ⁊ cōtemplatiuos: quoꝝ actiui deorſuꝫ ſtant: ꝯtemplatiui vo ſtāt ſurſuꝫ: qd aūt archa dꝛ ter camerata ſignificat tres ordies i ſctā eccleſia.ſ.cōiugatoꝝ ꝯtinētiuꝫ atqꝫ virginū. De hac ꝯtemplatiua vita dic dn̄s in euāgelio. Si vis perfectus eē: vēde oīa q̄ habes ⁊ da pauperibus ⁊ habebis theſauꝝ in celo ⁊ veni ſequer̄ me. Et de Maria magdalēa ait. Maria optimā partē elegit: que non auferetur ab ea. Vita contemplatiua nō auferet̄ in hoc ſeculo neqꝫ in futuro. Actiua vita auferet̄ ab homine i futuro ſeculo. Actiua vita in hoc ſeculo hꝫ finem: Cōtemplatiua vero nō: qꝛ ſemper perſeuerat. Actiua vita in hoc ſeculo deficit. Cōtemplatiua vo in hoc ſeculo icipit: ſed in celo ꝑficitur. Honeſta virgo moneo te: vt ꝓpter deum deſpicias p̄ſens ſeculum ꝓpter deuꝫ ab oībus curis ſeculi te ſuſpēde: Sine ipedimento ſeculi deo ſeruire ſtude. Nulla cura ſeculi ſubtrahat te a timore dei. Nulla ſollicitudo reꝝ te ſubtrahat ab itentione dī. Abijce a te quicqd pōt ipedire bonū ꝓpoſitū Toto anio odi ⁊ dāna qꝫ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aſcendũt per ꝯtemplatio/
nẽ ad deũ ⁊ deſcẽdũt ꝑ cõ
paſſionẽ ad ꝓximũ. Acti/
ua vita inoccẽtia eſt bono
rũ operũ. Contẽplatiuã vi
ta eſt ſpeculatio ſupernoꝝ.
Actiua vita cõis eſt multo
ruꝫ: ꝯtemplatiua vo pau/
coꝝ. Actiua vita terrenis
reb⁹ bñ vtitur. Cõtempla
tiua vo ſeculo renũcians.
ſoli deo viuẽ delectatur.
¶ Interrogatio. ¶ Frat
dilecte: rogo vt oſtẽdas mi
hi differentias actiue ⁊ cõ
tẽplatiue vite. ¶ Reſpõ.
¶ Soror cariſſima iter ac
tiuã ⁊ ꝯtemplatiuã vitã in
maxima eſt dĩa: actiua ẽ
panẽ eſurienti dare. Uer/
bũ ſapie ꝓximos docẽ. er
rantẽ corrigẽ. ad viam hu
militatis ſuperbientẽ redu
cere. Diſcordãtes ad con
cordiã reuocare: infirmos
viſitare: mortuos ſepelire
captiuos ⁊ in carcere poſi
tos redimẽ. q̄ ſingulis qui
buſcunqꝫ expediat diſpen
ſare. neceſſaria vniciqꝫ ꝓ
uidere. Soror mihi i xp̄o
dilecta. ecce audiſti opera
actiue vite. Nũc ſi placet
audi vtutes vite ꝯtẽplati/
ue. Cõtemplatiua vita eſt
Charitatẽ dei ⁊ ꝓximi to
ta mente retinẽ. ab exterio
ri actiõe acquieſcẽ. ſoli de
ſiderio conditoris inherẽ.
ita vt iaꝫ nihil agẽ libeat.
ſed deſpect⁹ oĩbus curis ſe
culi ad videndã facieꝫ ſui
creatoris aĩus inardeſcat:
ita vt iã nouerit carnis cor
ruptibil' põdus cũ merore
portare totiſqꝫ deſiderijs
optare hymnidicis ange/
loꝝ choris ĩtereſſe. Appe
tere admiſceri celeſtib⁹ ci
uib⁹ de eterna incorrupti/
one in ꝯſpectu dei gaudẽ.
venerabil' ſoror. audiſti ac
tiuã vitã. audiſti et ꝯtẽpla/
tiuã. nũc rogo vt cũ maria
magdalena eligas melio/
rẽ partẽ. ſ. vitã cõtẽplatiuã
bona ẽ vita actiua. ſꝫ mul
to eſt melior cõtẽplatiua.
Qui pri⁹ in actiua vita ꝓfi
cit ad ꝯtẽplatiuã bñ ꝯſcen
dit: qcunqꝫ adhuc tẽpora/
lem gl'iaꝫ: aut carnalẽ affe
ctat ꝯcupiſcentiã a ꝯtẽpla
tione ꝓhibet. Exẽplũ. n.
actiue vite ⁊ ꝯtemplatiue
de iacob accipe. qui dum
adamaret racheleꝫ que ſi
gnificat contemplatiuam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vitã data eſt ei lya que ſi gnificat actiuã. actiua vita in laborib⁹ hui⁹ mundi do ſeruit: dũ pauperes rece pit paſcit ⁊ veſtit: viſitat ⁊ conſolat̃: ſepelit: ⁊ cetera opa mĩe eis ĩpendit. Et tñ lya eſt fecunda in filijs: q² multi ſunt actiui: ⁊ pauci cõtemplatiui. Rachel ve ro ouis vel vidẽs pĩcipiũ ĩterpretatur: q² cõtẽplatiui ſimplices ⁊ ĩnocẽtes ſunt ſicut oues: ⁊ ab oĩ tumul tu ſeculi alieni vt ſoli diui ne ↄtẽplationi adherẽtes videant illũ qui ait. Ego ſum pĩcipiũ qui ⁊ loquor vobis. Rachel duos fili os h̃z: q² duo ſunt genera cõtemplatiuoꝝ. Alij nãq₃ viuunt in cõe in monaſte rijs: Alij vero ſunt ſolitarij ⁊ ab oĩbus ſeparati. Sed beatior eſt ⁊ pfectior con templatiua vita. q̃₃ actiua Sicut aqla defigit oculos in radio ſolis nec deflectit niſi quãdo vult corp⁹ ſuũ reficẽ cibis. ita ⁊ ſancti ali quãdo a cõtemplatiõe ad actiuã vitã reuertunt̃. con ſiderãtes illa ſublimia ſic eẽ vtilia: vt tñ iſtã humilia paululũ nr̃e ĩdigentie ſint neceſſaria. vñ in canticis cãticoꝝ. ſpõſus. ſ. xp̃s ſpõ ſam. i. ſcã₃ aĩam ↄtẽplatõi deditã hortat̃ dicẽs. Sur ge ꝑpera amica mea colũ ba mea: fõmoſa mea ⁊ ve ni. Ac ſi apertius diceret. Surge ꝑpera amica mea ꝑ dilectionẽ ⁊ fidẽ: colũba mea ꝑ ĩnocentiã ⁊ ſimpli citatẽ: formoſa mea ꝑ vtu tem ⁊ caſtitatẽ. Surge de illo dulciſſimo ſtatu tuo: hoc eſt de qete ↄtemplati onis in q̃ mihi ſoli ↄplacẽ deſideras: ĩ pſalmis hym nis orõnib⁹ ⁊ canticis ſpũ alib⁹. feſtina ergo ⁊ veni i. egredẽ ad vtilitatem pxi moꝝ: vt illos ẽt per offm̃ p̃dicatiõis: ⁊ ꝑ exẽpla bo norũ operũ imitatores tui facias: ad ſalutẽ aĩaꝝ ſuaꝝ pducas. Uiſio aĩalium in ezechiele: que ibãt ⁊ non reuertebant̃: ptinet ad pſe uerantiã actiue vite. Et ite rum aĩalia q̃ ibãt ⁊ reuer tebant̃ ptinẽt ad mẽſuraz contemplatiue vite in qua dũ quiſq₃ intẽderit ſua re uerberatus infirmitate ſta tim deſcendit. Atque ite



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

leticia pñtis vite ita ē agē-
da: vt amaritudo ſequētis
iudicij nūꝗꝫ recedat a me
moria: ſepe diabolus deci
pit hoīem ad peccanduꝫ:
ꝛ cū de ruina ꝯſpicit eum
afflictū: iterū per ſecurita
tem decipit euꝫ. igiť ſoror
dilecta mihi in xp̄o ſemꝑ
neceſſe eſt vt cū bona agi-
mus mala que fecimꝰ ad
memoriā reducamꝰ vt dū
culpā caute cognoſcimus
nunꝗꝫ de bono ope īcauti
letemur. Ideo dn̄s voluit
nobis horā vltimā eē īco
gnitam vt ſꝑ ſimꝰ ſuſpecti
vt dū illam vidē nō poſſu
mus quottidie nos ad illā
ꝑparemus. Etiā ne in hac
vita ſimus ſecuri: btūs yſi
do. nos admonet dicens.
Neqꝫ iuſtus ď ſua iuſticia
cōfidat neqꝫ pctōr de mīa
dei deſperet quicꝙ̄ ſꝫ pa-
riter habeāt in corde ſpeꝫ
ꝛ metū. Sic ſperet in dei
mīam vt ſemꝑ timeat eiꝰ
iuſticiā. Quāuiſ ꝯuerſatio
ſctōꝝ ſit ꝓbabilis tm̄ incer
tum eſt hoībꝰ ad quē fineꝫ
ſunt deſtinati. iō nūꝙ̄ hō
dꝫ eſſe ſine metu: qꝛ ſatiſfa
ctio pnīe: diuino tm̄ indi-
cio penſať non humano.
Unde ait ceſariꝰ: quāto ſu
mꝰ ſecuri de ꝑteritis pctis
tm̄ debemꝰ eſſe ſolliciti de
futuris. Venerabiliſ ſoror
firmiter tene qꝛ oīs vita ſa
pientis hoīs meditatio eſt
mortis. Igiť ſoror mihi in
xp̄o amabilis ſi oī hora ad
deū vigilaueris ſapiēs eriſ
ſi quottidie mentē tuā ad
deū leuaueris ꝛ diē mor-
tis tue ad memoriā redu-
xeris btā eris ſm̄ illud ꝙ
quidā ſapiēs ait. btūs hō
qui ſꝑ eſt panidꝰ. Hac de
cā te moneo v̄go honeſta
vt ſemꝑ ſis pauida ſemꝑ
ꝙ ſuſpecta. Semꝑ eſto ſo
licita ꝛ ꝯ̄ diaboli tētatōes
aſtuta. ſꝑ vigila ꝛ ꝯ̄ anti-
quū hoſtē īceſſanť pugna.
Diebꝰ ac noctibꝰ ora cum
oī vigilātia ꝛ ꝯ̄ īſidias dia
boli viriliter dimica. in oī
vita tua eſto ꝑuiſa ꝛ ꝯ̄ v̄ſu
tias inimici cū oī ſollicitu
dine ꝺcerta. Etiā audi ho
neſta v̄go ea q̄ ieſus xp̄us
ſpōſus tuꝰ dicit i euāgelio
Btūs ille ſeruꝰ quē cū ve-
nerit dn̄s inuenerit vigilā
tem. Ergo ſi ad eūdē dn̄ꝫ
nr̄m ieſum xp̄m vigilaue

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris tota mēte ītēr btōs cō-
putaberis in eterna btitu-
dine: btā eris ſi cū oī dno-
tione oclos mētis ad vex
lumē ꝙ ōs eſt leuaueris:
vere btā eris ſi ad deū cuꝫ
oī inſtantia vigilaueris qꝛ
ꝓmiſit deꝰ coronā vigilan
tibus. Vñ in cāticis canti
coꝛuꝫ de oculis ſponſi dr.
Oculi eiꝰ ſicut colūbe ſup
riuulos aquaꝝ que lacte
ſunt lote ⁊ reſidēt iuxta flu
enta pleniſſima oculi ſpō-
ſi ſcti viri ſūt. q ſicut colū-
be ī ſimplicitate viuunt. ⁊
alijs ſuis ꝑdicatiōibꝰ atqꝫ
exemplis viā ſalutis oſtē-
dūt. Super riuulos aqua
rum eſſe ꝓhibent. qꝛ ſem
per in refrenatōe ſanctaꝝ
ſcripturaꝝ ꝯuerſant: qui
lacte ſūt loti: qꝛ per grām
dei in baptiſmo a pctis ſu
is ſūt mūdati: quid. n. per
fluenta pleniſſima iuxta q̄
ſedent ītelligimꝰ niſi ſacre
ſcripture ꝓfunda ⁊ archa
na dicta: qbus nos refici-
mus: duꝫ ea legendo vel
audiendo haurimus? Ad
hec etiā iuxta fluenta colū
be reſidē ſolent vt vmbrā
volantiū auiū in aqua vi-
deant: ſuper quā ſe proijci
entes vngues rapaces ef-
fugiant: ſic ſcti viri ſcriptu
ra ſancta fraudes demo-
niuim ꝓſpiciūt: ⁊ ex deſcri
ptione quā vidēt quaſi ex
vmbra inimicum cogno-
ſcunt ⁊ eius deceptōes fu
giūt: ſic ⁊ tu ſoroꝛ honeſtiſ
ſima in meditatōibꝰ ſctāꝝ
ſcripturarū eſto aſſidua qꝛ
in eis poteris cognoſcere
qualr̄ hoſtiū inſidias va-
leas declinare. Honeſta
virgo iterū te moneo vt te
cōſilijs ſctē ſcripture ex to
to cōmittas: vꝫ vt nihil ali
ud facias: niſi ꝙ ex reſpō-
ſo ſcripturaꝝ audieris: qꝛ
ibi īuenies qualr̄ fraudes
demonū fugias. Moneo
etiā te: vt metu rapacium
auiū. i. demonū: ſup fluen
ta ſanctaꝝ ſcripturaꝝ ſede
as: ne tu improuiſa (ꝙ ab
ſit) inimicis tuis preda fi-
as. Rogo vt ſuper riuulos
ſanctarum ſcripturarū in
deſinenter vigiles ⁊ vt cū
ſūmo ſtudio deceptiones
inimicoꝝ vites. Heu inſi
pientes q̄re non cognoſci-
mus vel ītelligimus: qꝛ in
cōſpectu dñi cogitationes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dignet apud te mansionē
sibi facer in domicilio pe
ctoris tui. ¶ Ut laice mu
lieres uitētur sermo. lvij.

[S]Oror carissi
fuge societa
tem seculari
um mulierꝝ.
Seclares fe
mine que tecū non habēt
unā professionem nō acce
dant ad tuā societatez: qꝛ
qđ amāt hoc tibi predicāt
Ecce qđ diligūt hoc tibi
dicunt: iō debes uitare so
cietatē seculariū feminaꝝ
qꝛ seculum diligūt ⁊ de se
cularibus loquūtur terre
na amāt: ⁊ iō terrena tibi
annunciāt transitoria ꝯcu
piscunt: ⁊ iō in auribꝰ tuis
trāsitoria exponūt. Sic. n.
scriptū ē. Unusq̄sqꝫ hº lau
dat qđ diligit. Et iō secu
laris femina seclm laudat
qꝛ seclꝫ diligit. Certe si ce
lestia diligeꝛt. celestia lau
darūt. Sine dubio si cele
stia amarꝫ: celestia appro
baret: celestia predicaret.
Si etna ꝯcupiscēt: etna ti
bi suadēt: ⁊ iō soror moneo
te ut societatē seculariū fe
minarū expellas a te: q̄re
qꝛ corrūpūt bonos mores
cologa mala ⁊ praua. qđ
facit uxor uiri cū spōsa xpi
Aut qđ agit mulier nupta
cū vgine dō dūota? Quid
in vnū agit secularis femi
na cū xpi spōsa: quid agit
femina seclaris cū sctimo
niali femina? Uel qđ agit
femina q̄ mūdū diligit cū
femina que mūdū religt?
Quid agit femina marita
ta cū femīa xpo dedicata.
Quid agit q̄ amat virū cū
ea que diligit xpm? femīa
q̄ tuū ꝓpositū nō tenet: q̄
re ad tuaz societatē venit?
Secularis femina que nō
hꝫ tuū habitū: q̄re accedit
ad tuū ꝯsortiū? Secularis
femina qđ tecuꝫ agit: que
tecū iugū xpi nō ducit? Fe
mina q̄ te cū iugo xpi col
lū nō submisit: q̄re ad tuū
colloquꝫ accedit? Dispar
est habitu: dispar affectu.
Et sicut dispar ē vestimen
torita aīo. Mulier secula
ris organum est sathane.
Hec cantat tibi ꝙ illece
bras seculi moneat: ⁊ se
mitas diaboli ōndat: sic le
gimꝰ: syrena maris talis ē
sursū ex vmbilico q̄lis pul

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cherrima ⁊ formoſa vgo. Ex vmbilico vero vſqȝ ad pedes talis ſicut ē auis: ſyrena hȝ caput virginis: ⁊ poſteriora auis. Cātat dulce magnis vocib⁹ ⁊ multis modulis atqȝ cū magna dulcedine dat voces concordes: Sed per ſuas dulces cātilenas ſepe marinarios decipit: ⁊ idiſcrimine pducit. Sepe naute nauigantes mare dulces audiūt voces ſyrenarū ⁊ per dulces ⁊ ſuaues cantus earum decipiuntur: ⁊ ad mortale periculū pducuntur. Sicut ſyrena per ſuos dulces cantus decipit marinarios: ita ſecularis femina per ſuos deceptorios ſermones decipit chriſti ſuos. Et ſicut ſyrena per ſuaues cātilenas ſolet nauigantes mare a recto itinē deuiare: atqȝ in pditionē pducē: ita ſecl'aris fēina p blāda vba ac ſeductoria ſolet deo ſuientes a ſctō propoſito retraheř: ⁊ piculū aīarū ſuarū pducē. Igitur ſoror dilecta mihi in chriſto: fuge cantus ſyrenarū: ne dum delectaris audire delectamēta terrena a recto itinere auertaris. Quid enī ſunt verba ſecularium mulierū niſi cantus ſyrenarum? Ergo cātus ſyrene fuge ⁊ a lingua male ſuadētis mulieris ſepara aures tuas. Sic declina vba ſecularis mulieris quaſi ſybillos ſerpētis. Caue ne ſic̄ ſerpens decepit mulierem in paradiſo: ita te decipiat venenoſa lingua male ſuadentis mulieris in monaſterio. Uide ne mulier vana ⁊ garrula infundat in aures tuas mortis venena. Caue ne mors intret p feneſtras tuas. ideſt per oculos ⁊ aures tuas in animam tuā. Soror venerabilis cum videris mulierē diſparē tui propoſiti: muni cor tuum ſcuto fidei: ⁊ cōtra eam tropheo crucis arma frontem tuā. Mone ita ſoror: in hoc ſolū cum muliere ſeculari ꝯcedo tibi colloquium: vt ſcis ammonitionibus ſuadeas illi relinqre ſeculum ⁊ venire ad monaſterium. In hoc ſolū tm̄ do tibi licentiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctorũ electorum eccleſia: vias rectitudis ⁊ ſimplici tatis ſue timore icboat: ſꝫ charitate cõſumat: deꝰ.n. nõ ſolũ verborũ ſed ⁊ cor dis iſpector ē ⁊ diligit eos qui in ſimplicitate cordis ſeruiũt ei: Unde ſpõſus in canticis canticorũ loqtur dicens. Una eſt columba mea perfecta mea: vna ē matri ſue electa genitrici ſue: mr̃ nr̃a eſt regenera/ trix gr̃a dei apð q̃ꝫ vna co lũba eligit̃: q: illos ſolos colligit̃ qui in ſimplicitate permanēt: ⁊ ab vnitate nõ diuidunt̃. Multi qppe fi/ deles dũ ad ipſũ intēdũt: dũ vno deſiderio xp̃i ſe in nicē nutriunt dũ habētes cor vnũ ⁊ aĩam vnaꝫ ſe in charitate ↄiungũt ex mul tis mēbris vnum corpꝰ ef ficiunt in me: oẽſq; in ſim plicitate vnitatis vinētes vna colũba exiſtunt. Ea q̃ apud hoĩes deſpecta ſunt ⁊ in cõtemptu habent̃: in magna glĩa ſunt apð deũ Igit̃ venerabil̃ ſoror oĩpo tentē deum depcemur vt mittat nobis ſpm̃ ſctm̃ de celis q nos hr̃e faciat ſim/ plicitateꝫ colũbe ⁊ prudē dentiã ſerpētis vt ſimus in malitia ſimplices ⁊ ĩ bo/ nis opibus prudētes: ſer/ pens.n. aſtutũ ē aĩal vt de aſpide legit̃: q: vidēs ican tatorē venientē affigit aurē vnã terre. ⁊ aliã cauda ob turat ne incantatoris vocē audiat: vnde ꝓpheta de his q crudeles ⁊ prudētes ſunt in malo dicit. Furor il lis ſcðm ſimilitudinē ſer/ pētis ſicut aſpidis ſurde ⁊ obturãtis aures ſuas vt ñ exaudiat vocē incantãtiũ ⁊ venefici icantãtis ſapiē ter. Imitare ergo ⁊ tu ſo/ ror amabilis hunc ſerpen tem in hac parte: videlicꝫ vt aures tuas claudas ne mala verba audias: Ho/ neſta virgo depcare deuꝫ vt oleum peccatoris nõ i/ pingnat caput tuũ. Oleuꝫ peccatoris laus eſt adula/ toris. Serpēs obturat au/ rē ſuã ne audiat icantatorē ⁊ tu claude aurē ſimilit̃ vt nõ audias detrahētē. pru/ dēs ē aſpis ne verbũ mor/ tis audiat ⁊ moriat̃: ergo ⁊ tu eſto prudēs ne verba mala ꝑ aures tuas intrent

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad aiam tuā: ⁊ moriaris. igit̄ ſponſa xp̄i nec prudē-tia ſerpētis ſine ſimplicita-te columbe: nec ſimplici-tas colūbe ſine prudentia ſpentis dz eē in te: quate-nus colūbe ſimplicitatem aſtutia ſpentis vt mala ca-neat ſolicitet: ⁊ prudentiā ſerpentis ſimplicitas colū-be vt bona faciat tēperet. Soror amātiſſima mihi ī xp̄o ēt colūba ſeptem v̓tu-tes hz (ut legim⁹) in ſe: q̄s tu per grām ſcti ſpūs pote-ris hr̄e in te. Colūba ſepe ſuper riuulos aquaruz ſe-det vt viſo accipitre veniē-te ſe in vndas emergat ⁊ euadat: in tritico meliora grana eligit: ſepe alienos pullos nutrit. Roſtro nō ꝑcutit: nō hz fel: nidū fac in feneſtris muroꝝ: gemi-tū hz pro cantu. Deprcare deū g° honeſta v̓go cū ſū-mo ſtudio vt det tibi has v̓tutes colūbe. ſ. vt ſup ri-uulos ſctāꝝ ſcripturarū ſe-deas ⁊ admonitōe eaꝝ in curſū diaboli euadas: ī ſa-cra ſcriptura meliores elli-ge ſnias ex qbus te refici-as. Nutri alienos pullos i. hoīes pri⁹ a deo alienos tuis v̄bis atq₃ exēplis ad deū cōuerte. Roſtro non ꝑcutias. i. primo tuo ma-lū nō facias: nec malū di-cas. Nō habeas fel. i. nō habeas in te iracundiā: in feneſtris petraꝝ fac niduz tuū. i. ſpē tuā. pone in vul-nerib⁹ ⁊ paſſione ieſu chri-ſti ſponſi tui. Gemitū ha-be pro cantu vz vt ſic ho-mineſ gaudēt ſeculares in cātilenis ſecli. Jta tu gau-deas in gemitu ⁊ triſtitia ſpūali. Jgit̄ ſoror venera-bilis ſicut ſupius dixi tibi ſicut oz te parit̄ intelligē ⁊ cauē īſidias inimici cū oī ſollicitudine. Sic te opz ꝑ innocentiā vite eē ſimpli-cem: ⁊ tn̄ cuz ſimplicitate vite oporteat te eſſe prudē-tem. Jlle q nō miſcet pru-dentiā ſimplicitati ſm q̄-ait ꝓpheta. Colūba eſt ſe-ducta nō habēs cor ſed iō eſt colūba q: ſimplex. iō aūt nō hz cor q: nō hz pru-dentia. iterum ſoror cariſſi-ma te moneo vt in corde tuo prepares dignū habi-taculū xp̄o q̄tenus ipſe ve-niens cum prē ⁊ ſpū ſctō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noſtre antequã ad actũ ꝓ/
cedãt: manifeſte ſunt ⁊ ap
te: dic. n. pſalmiſta. Scru
tans corda ⁊ renes deus.
Igit ſoror amãtiſſima: co
gitem⁹ nos in ↄſpectu dei
ſemꝑ aſtarꝫ: ⁊ agnoſcam⁹
qꝫ terra ⁊ cinis ſum⁹. Ec/
ce deus nr terribilis retri
buem⁹ vnicuiqꝫ ſꝫ opera
ſua: in ꝓrimo eſt ⁊ nõ tar
dabit: ipſe veniet ⁊ ſaluos
nos faciet. Vigilem⁹ ergo
cũ omni pſeuerãtia ⁊ de/
notione vt cum venerit ⁊
pulſauerit nõ ĩueniat nos
dormiẽtes ſed vigilãtes in
ſuis laudib⁹ ⁊ in ſuo amo
re atqꝫ in ſuo ſctõ ſeruitio.
Curram⁹ gͦ dum lucẽ ha/
bemus ne tenebre nos cõ
prehẽdant. Sic. n. ait ſapi
entia dei ĩ ꝓuerbijs. Bea
tus qui audit me ⁊ qui vi
gilat ad fores meas quot/
tidie: ⁊ obſeruat ad poſtes
hoſtij mei. Qui me ĩuene
rit inueniet vitã: ⁊ hauriet
ſalutez a dño. Virgo chri
ſti idõ te moneo vt cũ omni
ſtudio vigiles ad deum vt
in die neceſſitatis tue poſ/
ſis eum habere propitiũ.
Igitur honeſta virgo nul
lus caſus te ĩueniat impa
rataz: nullus ſit caſus quẽ
nõ ꝓueniat meditatio tua
ꝓpone añ oculos tuos ni/
hil eẽ quod accidẽ nõ poſ
ſit. Commemorare ſemꝑ
futuras miſerias. In pro/
ſperis meditarꝫ quo pacto
aduerſaberis. Semꝑ co/
gita in mente ne aliqd cõ
trarij accidat. ſapiẽtis ho/
minis eſt preuidere iactu/
raz periculi omnia medi/
tata leuiori euẽtu accidũt:
Expectata mala tolerabi/
lius ferunt: perſpecta res
nõ admittitur cuz accide/
rit. Aduenientes impetus
premeditatio frangit: pre/
cogitatio attenuat: futuras
moleſtias: ꝓuiſio lenit: ad
uentũ malorũ: inopinatũ
malum fortiter ferit. Gra
uia ſunt que ꝓ̄cogitata nõ
fuerant acerba exiſtunt in
quib⁹ ĩprouiſi incurrim⁹:
Improuiſa mala grauiter
feriunt. Repentinũ malũ
cito frangit: quod prouiſũ
nõ eſt vehemẽter affligit.
Subita maris tempeſtas
terrorem ſuſcitat: improui/
ſus hoſtis male perturbat
Omnia repentina grau io

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ra ſunt qui repẽte accidũt
grauius occurrũt: Igitur
ſoror mihi in xp̃o dilectiſſi
ma ⁊ ad bona ⁊ mala cor
tuũ p̃para. in die bonorꝫ
ne immemor ſis malorũ:
⁊ in die malorum ne im
memor ſis bonorꝫ. Eſto
peruigil ſenſu ne vanis co
gitationibꝰ polluariſ. ama
ſcientiã ſcripturarũ ⁊ con
temne vitia carnis. Soror
cariſſima ſi ex toto corde
tuo ad deum vigilaueris.
⁊ ei in omni vita tua cum
omni deuotione ſeruieris
abſq; ulla dubitatione cũ
eo in celeſti curia regnab.

¶ De prudentia ſer. lvj.

Soror cariſſi
ma audi dñz
Jeſum xp̃m
in euangelio
dicẽtẽ. Eſto
te prudentes ſicut ſerpẽtes
⁊ ſimplices ſicut colũbe.
Et ſalomon ait: ſimplici
tas iuſtorꝫ diriget eos ⁊
ſupplantatio puerſorũ ua
ſtabit illos uia ſimplicis:
uia dñi ⁊ pauor his q ope
rantur malũ. Juſtitia ſim
plicis diriget uiã eiꝰ ⁊ in
ipietate ſua corruet impiꝰ
innocens credit oĩ uerbo.
Qui autẽ decipit iuſtos in
uia mala in ĩteritu ſuo cor
ruet ⁊ ſimplices poſſide
bunt bona eius. Uiri ſan
guinũ oderunt hominem
ſimplicem. Juſti aũt que
runt ſalutem illius: ſctã ru
ſticitas ſibi ſoli prodeſt: ⁊
quantũ edificat eccleſiam
xp̃i merito uite tantũ de
ſtruit: ſi his qui ueritatem
deſtruũt ñ reſiſtit. Et bea
tus hieronymus ait in ſer
uis ⁊ in ancillis dei nõ eſt
querẽdus cultus corporis
ſed ſimplicitas mẽtis: nec
ſimplex nec ruſticus ideo
ſanctũ ſe exiſtimet ſctitatẽ
habens in ſua lingua ſed
tantũmodo in pura ⁊ ſim
plici ꝯſcientia: Ex duobꝰ
imperfectis multo eſt me
lius h̃re ruſticitatẽ ſanctaꝫ
q̃ꝫ eloquentiã peccatriceꝫ
Magis uenerãda eſt ſan
cta ruſticitas q̃ꝫ vboſa lo
quacitas. Soror in xp̃o di
lecta ſi nr̃a ĩtẽtio ẽ ſimplex
apud deũ in iudicio eiꝰ no
ſtra opatio tenebroſa non
erit. qui caſti eẽ p iuſtitiaꝫ
neſciũt neq̃q̃ꝫ eẽ ĩnocẽtes
p ſimplicitatẽ poſſunt. ſan

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

loquēdi cū ſeculari femi-
na: vt doceas eā deſpicere
terrena ⁊ amare celeſtia ⁊
etiā exire de ſeclo: ⁊ ſerui-
re deo. Iterū vt per tuā al
loquutionē trāſitoria deſpi
ciat ⁊ eterna concupiſcat.
Soror cariſſima ſi ita fece
ris ſicut dixi tibi ⁊ te ī hoc
ſeculo a malo cuſtodies: ⁊
in futuro a dñō coronā in
celo recipies. Amen.

¶ Ut virgo nō diligat ſo-
cietatē viroꝝ. Ser. lviij.

Soror cariſſima ⁊ ſi
tāto ſtudio fugies fe
minas: q̄to magis
debes fugē viros? Et ſi tā
ſollicite vitabis ſocietatez
mulierū: q̄to magis vita
re debes ſocietatē viroꝝ?
Et ſi tanta cura ꝯfabulati
ones feminaꝝ declinabis
q̄to magis deceptiōes vi
roꝝ declinare debes. Et
ſi tantoꝑe aures tuas ſeꝑa
bis a v̄bis feminaꝝ: q̄to
magis eas debes ſeparare
a ſeductorijs eoꝝ verbis.
Soror mihi ī xp̄o dilecta
moneo te vt vir quāuis ſit
ſanct⁹: nullā tñ tecum ha-
beat ſocietatē: lʒ ſit ſanct⁹
⁊ iuſt⁹ nullam tecuʒ hēat
familiaritatē q̄zq̄z ſit reli-
gioſus: nullā tecū hēat aſſi
duitatē: quāuis ſit bonus
nullā tecū habeat videndi
iugitatē. q̄re? ne viſitādi fa
miliaritate vtriuſqꝫ pereat
caſtitas. Ne vidēdi frequē
tatiōe: vtriuſqꝫ annihilet
honeſtas ne vidēdi iugita
te vtriuſqꝫ religioſitas īfa-
metur ne vidēdi vſu vtriuſ
qꝫ ꝑſona dehoneſtet. De
cidet a charitate dei. q oc-
caſionē dederit peccandi.
decidet etiā a charitate ꝓ
ximi qui occaſionez ꝓbue
rit malefaciendi. Q: ⁊ ſi
malū non facit opere tam
opinionem peſſimā nutrit
per aſſiduitatē cito peccat
homo. ſepe familiaritas
vincit quos vitiuʒ ſuꝑare
ñ potuit. ſepe occaſio pec
candi voluntatē fecit ⁊ fa-
cit. Quos voluptas ſupe-
rare non potuit aſſiduitas
ſuꝑat. Diſpar ſex⁹ in vnū
collocatus illuc ꝓuocat in
ſtinctum carnis quo naſci
tur. Etiaʒ naturalis flāma
carnis accendit. ſi illicita
attingit. vir ⁊ femīa diuer
ſi ſunt per naturā. qui ſi in
vnuʒ fuerint collocati q̄-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nis non peccẽt tamen per vſum ĩter ſe malam famã nutriunt. Quis colligabit ignez in ſinu ſuo ⁊ non cõburetur? ignis ⁊ ſtupa in vnũ poſita flammas nutriunt q̃zq̃z ſint contraria ſi in vnuz fuerint collocata: flãmas generant. Ita vir ⁊ femina ſi in vnum fuerint poſiti lz maluz nõ faciant tamẽ per aſſiduitatẽ inter ſe malã famam nutriũt ⁊ alios de ſe murmurare faciũt. Religioſus vir ⁊ ſanctimonialis femina ſi immoderate coniungunt ſibi: alijs de ſe locum p̃bẽt murmurandi. Sexus viri ⁊ femie diuerſus eſt. ⁊ iõ ſi in vnum coniunguntur: ſtatim inde occaſio peccãdi naſcitur. Quid ergo in vnuz facit ignis ⁊ ſtupa? Cur ſerpẽs collocatur in ſinu? Quare ignis collocatur in veſtimento? quare femina que caſtitatez promiſit deo ſocietatez habet cuz viro? Femina que propter deũ ſeculum contempſit: quare viri familiaritatez diligit. Quare amat p̃ntiam virorum: que cuz xp̃o deſiderat intrare celeſtem thalamuz? Quare femina deo deuota querit audire deceptoria viroꝝ verba? Quare que in ſeculo maritu hr̃e noluit: in monaſterio poſita facies hominum vidẽ concupiſcit? Igitur ſoror mihi ĩ xp̃o dilecta: ſi vis eſſe a fornicatione ſecura: eſto mẽte ⁊ corpore a ſocietate viri ſeparata. ſi pfecte vis caſtitatẽ tenẽ pro amore xp̃i: longe te fac a ſocietate viri. Tu circa ſerpentez poſita non eris longo tẽpore ſecura. Circa ignẽ ſedens ⁊ ſi ferrea ſis aliquando diſſolueris. Circa periculũ conſtituta nõ eris diu illeſa vel ſecura. audi ergo ſoror mihi in xp̃o amantiſſima boni conſilij verba. Viri nomen tuũ ſciant faciem tuã non videant: faciem tuaz non cognoſcant: q̃uis nomen tuum audiant. Audi etiam virgo honeſta pauli apoſtoli verba. Oportet nos hr̃e teſtimonium bonum ab his que foris ſunt ⁊ intus. Bonam vitã propter nos bonam vero fa

i

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

miam ꝓpter ceteros. Soror venerabilis ſi propter deū in terra vitaueris ſocietatem virorū per deuz: in celo habebis ſocietatez angelorum. Amen.

¶ Ut virgo fugiat ſocietatem iuuenū. Sermo. lix.

Cariſſima mea ſoror ⁊ ſi tal[e]s viri ſancti ſūt declinādi ne vtriusqꝫ ſanctitas pereat aſſiduitate vidēdi: quanto magis declinandi ſunt iuuenes. qui ſequunt tēporalis vite tenebroſas vias ac delectationes? Et ſi tanta cura freqn̄tiam ſanctorū virorū fugē debes. q̄to magis te oportet fugere iuuenes hui⁹ ſeculi concupiſcētias ſequētes? Ad hoc dyabol⁹ oculis religioſe femine iuuenes obijcit: vt formas eorum quos per diem viderit mediretur in nocte. Et vt recēs viſio ⁊ corporalis inſpectio aſſidue verſetur in animo. Sic intrat ſagitta ſathane per ianuas oculorum vſqꝫ ad animū. Unde propheta. Intrauit mors inquit per feneſtras vr̄as ingreſſa eſt domus veſtra non intrat ſagitta dyaboli ad īteriora mētis niſi p̄ ſenſus corporis. Soror ī chriſto dilecta mihi: amandi ſunt viri: ſed abſentes. Amādi ſunt homines nō intus ſed foris. Diligē debem⁹ homines in animo ſed nō in domo. dilige homines in mente ſed a longe: diligendi ſunt viri: qꝛ ſunt op⁹ dei: ſed extra domum. Amādi ſunt viri nō ꝓpter pulchritudinez corporis: ſed qꝛ ſunt op⁹ creatoris. Iteruz ſoror venerabilis te moneo vt nunq̄ꝫ loquaris ſola cuz ſolo. Nullus loquatur tecū ſingulariter nec tu preter duaruz aut trium teſtimoniuz loquaris cum aliquo: nō dꝫ ſponſa xp̄i ſola cuz ſolo loqui: niſi cum ſuo magiſtro cum agit penitentiam de ſuis peccatis. Sanctimonialis femina que cum viro ſola loqui d̄ſiderat ſtulticia in mente eius regnat Audi igitur dilecta mihi. Si perfecte caſtitatez vis tenē pro amore xp̄i longe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

recede a ſocietate viri. Si perfecte in terra ꝯtempſeris ſocietatē virorum pro xp̄o abſq; vlla dubitatōe: cū eo regnabis ī celo. Amē

¶ Ut virgo non ꝯiungat᷑ malis hoībus ſermo. lx.

SOror: cariſſima audi verba Salomonis. Fili mi ſi te lectauerīt: pctōres: nō acqeſcas eis. Ne emuleris hoīem iniuſtum: ne ſequaris viā eius Diſcede ab hoīe iniquo: ⁊ habebis pacē. viri iuſti ſocij ſint tibi ⁊ ī timore dī ſit gloriatio tua. Quecunq; hominū cognoueriſ obſuantē timorē dei: in amicitia iungatur tibi. Homibus malis nō ꝯiungaris. Unde btūs Ambro. Sanctoꝝ hominū vita ceteris hoībus bn̄ viuendi dȝ eē norma: qui.n. ſancto viro aſſociatus fuerit: ex ei⁹ ſocietate accipiet vſum bone locutiōis: ⁊ exēplū bōi opis vt accendat᷑ de die ī diē mēs eius in amorē dī. Nō ē valde laudabilis ille qui bon⁹ eſt cuȝ bonis: ſed ve ille eſt laudabil᷑: qui bon⁹ eſt cuȝ malis: vere ille bō eſt laudād⁹: q in ſocietate maloꝝ ē bon⁹. Sicut ille ē culpand⁹ qui malus ē īter bonos: ita ille eſt laudādus q bon⁹ eſt inter malos. Uerba vite ſūt verba hoīm deū timentiū ⁊ ſanitas aīe his qui ea diligūt ⁊ ſequunt᷑. ſic ſol oīes expellit caliginē: ita ſctoꝝ doctrina a ſenſib⁹ nr̄is expellit tenebraſ vitioꝝ. Amē dauid pphēta. Cū ſcō ſanct⁹ eris: ⁊ cū peruerſo puerteris. Igr̄ ſoror mihi ī xp̄o dilecta: ſi vis bn̄ viuē maloꝝ ſocietatē declina. vita malos caue: iniqs fuge īprobos: ſpne a te ignauos fuge turbas hoīuȝ: maxīe etatū q̄ pne ſūt ad vitium. Nec te adiūgaſ leuib⁹ pſonis: nec te admiſceas vāis Bonis te ꝯiuge: bonoꝝ cōſortiū appete: bonoꝝ ſocietatē regre: ſcīſ diuidue adherē. Si fueris ſocia eorū ꝯuerſatiōis eris ⁊ vtutis. Qui cū ſapiētib⁹ ambulat ſapiēs ē: q cū ſtultis graditur ſtult⁹ ē. Similis.n. ſibi cōiūgi ſolet: piculoſuȝ eſt



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vitam cū malis hoib⁹ du cere. perniciosū ē vitā cum his qui praue volūta tis ſunt ſociare: melius eſt hr̄e maloꝝ odiū: q̄ cō ſortiū. Sicut multa habet bona cōis vita ſanctorum ſic plurima mala affert ſo cietas malorum. Qui. n. tetigerit imundum coinq nabitur. Qui tetigerit ſor didum ſordidabitur. igit̄ ſoror venerabilis: ſi verba mea libenter audieris: ⁊ ea opere ī pleueris: inter electos dei cōputaberis.

¶ Ut virgo non ſuſcipiat dōa vl̄ lr̄as ī occl̄to F. lxj.

Soror cariſſima au di que dico: ancilla xp̄i que in abſcondi to litteras vl̄ dona recipit ordinem ſuū frangit. Ma gnū malum facit. ⁊ gran de pctm̄ cōmittit ſi ab oi b⁹ lr̄as vel qd̄libꝫ munus ſuū ſuſcipit: q̄ ſuū ordinē frangit: grande malū agit que ꝓpter tp̄alia dona ſui ordīs preuaricatrix exiſtit Sanctimonialis feīa. que cū xp̄o deſiderat ītrare ad nuptias nō dꝫ hoibus da re ſudariola: pectines: cor rigias vel cicturas aut fa ſcias: que xp̄ꝫ expectat cū ardēte lampada nō dꝫ ab hoib⁹ accipe dona ſecula ria. ſ. pectines ſpecula: ⁊ cetera alia q̄ ꝓpter amorē xp̄i ē velata nō dꝫ ab ami cis ſuis accipere vanitatis dona. Que ꝓpter deū ſup caput ſuū velū ſacratū im poſuit multū peccat ſi ab hoibus dona ſecularia ac cipit. Sanctimonialis fe mina q̄ in talib⁹ delectat̄: magna vanitate decipit̄: ⁊ ſignū demonſtrat mere tricis. Unde dic̄ btūs hie ronimus. Dulces litteras ⁊ ſudariola: ⁊ crebra mu nuſcula: ſctūs amor nō ha bet ac ſi diceret. ſi in mēte ſctīmonialis feīe ſanctus amor eēt dona vanitatis ⁊ ſupfluitatis ab hoibus nō accipet: mens caſta ⁊ reli gioſa nō deſiderat a ſecu larib⁹ amicis accipe dōa: ſed a xp̄o pro cuius amore contēpſit oīa terrena. Or ab illo ſolo dꝫ concupiſcē dona cū quo ſperat gaudē in celeſti p̄ria: Caſta femi na nō q̄rit trena dona ſed celeſtia. Quāto hō āplius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in terrenis donis delecta-
tur: tāto magis a dei amo
re elongat̃. ꝫ ſi ſctimonia
les femine faciūt in mona
ſterio ꝙ mulieres ſecula-
res facẽ ſolẽt in ſeculo. ſa-
tis culpabiles ſūt corā dō.
Ergo inẽ ſeculares ⁊ ſcti-
moniales nulla eſt dr̄ia.
Igit̃ ſi inter eas que ſunt
in monaſterio ⁊ eas q̄ ſūt
in ſeculo nulla eſt diſtātia
itaqꝫ iter religioſas ⁊ ſecu
lares feminas nulla ē diſ-
ſonātia. Ergo ſi ſctimonia
les femīe delectabilia do-
na dāt ſuis amicis: ſic fa-
cere ſolẽt meretrices: vbi
eſt honeſtas vbi religioſi-
tas. vbi caſtitas. vbi puri
tas: vbi ſctitas. Si ſcīmo-
niales feīe q̄ ꝑ bona opa
debuerant placẽ deo: ſuis
amicis placẽt in malo lu-
xurioſa dona dādo. Ubi ē
pudicitia: vbi ꝯtinētia vbi
reuerētia vbi vecūdia: ita-
qꝫ ſi ſctimoniales femine
plus volunt placẽ homini
bus in ſeclo q̄ꝫ ieſu xp̄o et
no regi in celo vbi ē obſer
uātia religionis vbi rigor
ordis vbi ardor ꝯtempla-
tionis vbi mūditia mẽtis.
vbi ꝯtritio cordis. vbi ſoli
citudo orōnis. ubi gemit⁹
pectoris vbi hitus mona-
chalis? Si ſcimoniales fe
mine letant̃ in tp̄alib⁹ do
nis ſic letari ſolẽt ſeculareſ
hoīes. vbi ē ꝯtempt⁹ ſecl̄i
vbi timor inferni vbi me-
moria iudicij: vbi recorda
tio et̃ni incendij vbi amor
dei Igit̃ ſi ſanctimōiales
femine cōcupiſcunt dona
vanitatis ab hoibus acci-
pere. Ubi ē memoria deli
ctoꝝ. vbi lachryme oculo
rū: vbi recordatio pecca-
toꝝ vilipendit̃. Cōtemnit̃
deſpicit̃. adnihilat̃. Re-
uera ſctīmonialis femina
que ab hoib⁹ accipit in q-
bus delectet̃: ordinē ſuū
ꝯtemnit que plus gaudet
in ſuoꝝ amicoꝝ donis. q̄ꝫ
in p̄ceptis ſui ordis: ſui ꝑ-
poſiti ē p̄uaricatrix. De ta
lib⁹ ꝓpheta ait dxtera eo-
rū repleta ē munerib⁹. ac
ſi dicẽt. Quāuis opa eorū
videant̃ bona. tn̄ plus le-
tant̃ in munerib⁹ q̄ꝫ in bo
nis opib⁹. Magis volūt
ab hoibus accipe tranſito
ria dona. quā a xp̄o eter-
na bona. Sctimonialis fe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mina que xp̄m pfecte dili git. delectabilia ꝛ ſupflua dona ab oibus nō recipit q꞉ xp̄m in oib⁹ donis ante ponit. Vn̄ in cãticis canti coꝝ ecclesie dr̄. ¶Pulchre ſūt gene tue ſicut turturis. Turturi aſſimilaẗ ecclesia vel q̄libet ſctā aīa q꞉ xp̄m pfecte diligit ꝛ nihil amo ri ei⁹ preponit. Turtur ex quo per occasionē ꝯiugez ſuum pdidit. nūq̄ꝫ alteruꝫ amplius q̄rit. q꞉ adulteri nū amoꝛē nō recipit. Sic ſctimonialis femina q̄ xp̄ꝫ pfecte diligit ampli⁹ adul terinū amoꝛē nō recipit. i. amplius in malo hoīes nō diligit. religioſa femia q̄ pluſq̄ꝫ xp̄m diligit hoīeꝫ nō eſt caſta ſꝫ adultera q꞉ xp̄m contemnit cui fuerat deſponſata. Religioſa fe mina quādo p̄mū ad mo naſteriū venit xp̄m in ſpō ſum ſuſcipit: poſt hec vero ſi carnalr̄ hoīem ſup xp̄m diligit: adulteriū facit: ꝛ ſi non coꝛpe꞉iam tñ adulte ra eſt in mēte. Scd̄m illō ꝙ [illegible] r̄: qui viderit mulierē ad ꝯcupiſcēdā eā: iaꝫ me chatus eſt eā in coꝛde ſuo: ſic etiaꝫ mechatur mulier cum viro ſi eū in coꝛde ſuo cōcupierit: vel eū carnali ter dilexerit. Quapꝛopter dilectiſſima mihi i xp̄o ſo roꝛ te moneo vt xp̄m ſpon ſum tuuꝫ ſup oīa ames: ꝛ ab illo ſolo dōa accipe de ſideres. Obſecro te vt ieſū xp̄m ſpōſuꝫ tuū ſup oīa di ligas: ꝛ pro amoꝛe illi⁹ ſe cularia dona nō accipias ꝓcul dubio q terrena do na affectat: celeſtia nō ſpe rat: munera excecant ocu los ſapientiuꝫ: Et mutant v̄ba iuſtoꝝ. Certe ſi mune ra excecāt oculos ſapienti um obcecāt ēt ne de⁹ vide atur mētes religioſoꝝ viro rum. Si (ꝙ veruꝫ eſt) do na oculos ſapientiū exce cant: etiaꝫ ꝛ oculos ſeruo rum dei ne xp̄s videatur conturbāt. Unde beatus Jſidoꝛ⁹. Non pōt oculus mentis alta vidē quē pul uis claudit: ac ſi aptius di ceret. Nō poteſt ocul⁹ mē tis pfecte celeſtia conſpi cere quem puluis claudit cōcupiſcētie. Non poteſt mens ſerui dei ad cōtem plandum deū eſſe libera:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

